


La Sagrada Biblia.

Cinco tomos gruesos en folio mayor.

Manuscrito en vitela gruesa.

Encuadernacion antigua.

Incipit epistola beati ieronimi presbiteri ad paulinum presbiterum de omnibus divine historie libris.



Frater ambrosius tua michi munuscula perferens detulit simul et suavissimas litteras. que a principio amicitiarum fidem probate iam fidei et veteris amicitie nova preferebant. Vera enim illa necessitudo est et christi glutino copulata. quam non utilitas rei familiaris: non presentia tantum corporum non subdola et palpans adulatio: sed dei timor et divinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias. novos adisse populos. maria transisse: ut eos quos ex libris noverant coram quoque viderent. Sic pythagoras memphiticos vates. sic plato egiptum. et archytam tarentinum eandemque oram ytalie que quondam magna grecia dicebatur laboriosissime peragravit: ut qui athenis magister erat et potens cuiusque doctrinas achademie gimnasia personabant. fieret peregrinus atque discipulus et malens aliena verecunde discere: quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto orbe fugientes persequitur. captus a pyratis et venundatus etiam tyranno crudelissimo paruit. ductus captivus vinctus et servus. tamen quia philosophus maior emente se fuit. Ad tytum livium lacteo eloquentie fonte manantem de ultimis hyspaniarum galliarumque finibus quosdam venisse nobiles le

gimus: et quos ad contem
platione͞m sui roma non
traxerat: unius hominis
fama pduxit. Habuit il
la etas inauditu͞m omnibꝫ
seculis celebrandu͞m q͞ȝ miraculu͞m: ut urbem tanta͞m in
gressi. aliud extra urbem
quererent. Appollonius si
ue ille magus ut vulgus
loquitur. siue philosophus
ut pythagorici tradunt.
intrauit persas. ptransi
uit caucasu͞m. albanos. sci
thas. massagetas. opu
lentissima indie regna
penetrauit: et ad extre
mu͞m latissimo physon am
ne transmisso puenit ad
bragmanas: ut hyarcha͞m
in throno sedente͞m aureo. et
de tantali fonte potante͞m.
inter paucos discipulos de
natura. de moribꝫ. ac dieru͞m
sideru͞m q͞ȝ cursu audiret doce͞n
te͞m. Inde p elamitas. babilo
nios. chaldeos. medos. assyri
os. parthos. syros. pheni
ces. arabes. palestinos. re
uersus alexandria͞m. perrexit
ad ethiopia͞m: ut gimnoso
phistas et famosissimam
solis mensa͞m videret in sabu
lo. Inuenit ille vir vbiq͞ȝ
quod disceret: et semp pro
ficiens semp se melior fieret.
Scripsit sup hoc plenissime
octo voluminibꝫ philostratus.

Quid Capitulum secundum.

Quid loquar de seculi homi
nibus. cu͞m aplus paulus
vas electionis et magister
gentiu͞m qui de consciencia tan͞
in se hospitis loquebatur dicens.
an experimentu͞m queritis eius
qui in me loquitur xpus.
post damascu͞m arabiam q͞ȝ
lustrata͞m ascenderit ierosoli
ma͞m ut videret petru͞m. et ma
sit apud eu͞m diebꝫ quindecim.
hoc enim misterio ebdomadis
et ogdoadis futurus genti
um pdicator instruendus
erat: rursu͞m q͞ȝ post annos
quatuordeci͞m assumpto bar
narba et tyto exposuerit cu͞m
aplis euangeliu͞m. ne forte
in vacuu͞m curreret aut cu

audisset? Habet nescio quid latentis energie vive vocis actus: et in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Unde et eschines cum rodi exularet. et legeretur illa demostenis oratio. quam adversum eum habuerat: mirantibus cunctis atque laudantibus suspirans ait. Quid si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantem? Capitulum iii.

Nec hoc dico quod sit aliquid in me tale quod vel possis a me audire vel velis discere: sed quo ardor tuus et discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile. et sine doctore laudabile est. Non quid invenias: sed quid queras consideramus. Mollis cera et ad formandum facilis. etiam si artificis et plaste cessent manus: tamen virtutis totum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes gamalielis legem moysi et prophetas didicisse se gloriatur: ut armatus spiritualibus telis postea doceret confidenter. Arma enim militie nostre non carnalia sunt. sed potentia deo ad destructionem munitionum. cogitationes destruentes et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam dei: et captivantes omnem intellectum ad obediendum christo: et parati subiugare omnem inobedientiam. Thimotheum scribit ab infantia sacris litteris eruditum: et hortatur ad studium lectionis: ne negligat gratiam que data sit ei per impositionem manus presbiteri. Tyto precipit ut inter ceteras virtutes episcopi. quem brevi sermone depinxit. scientiam quoque in eo eligat scripturarum: optinentem inquit eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana. et contradicentes revincere. Capitulum iiii.

Sancta quippe

rusticitas solum sibi prodest: et
quantum edificat ex vite me
rito ecclesiam christi: tantum no
cet si destruentibus non resis
tat. Malachias propheta, im
mo per malachiam dominus
interrogavit sacerdotes le
gem. In tantum sacerdotis of
ficium est interrogatum respondere
de lege. Et in deutronomio
legimus. Interroga patrem
tuum et annunciabit tibi: seni
ores tuos et dicent tibi. In
psalmo quoque centesimo
octavodecimo. Cantabiles mi
erant iustificationes tue: in lo
co peregrinationis mee. Et
in descriptione iusti viri cum eum
arbori vite david que est in
paradiso compararet: inter cete
ras virtutes hoc etiam intulit.
In lege domini voluntas eius:
et in lege eius meditabitur
die ac nocte. Daniel in fine
sacratissime visionis iustos
ait fulgere quasi stellas:
et intelligentes id est doctos qua
si firmamentum. Vides quantum
inter se distet iusta rusticitas
et docta iusticia. Alii stellis
alii celo comparantur: quamquam
iuxta hebraicam veritatem utrum
que de eruditis possit intelli
gi. Ita enim apud eos legimus.
Qui autem docti fuerint fulge
bunt quasi splendor firmamen
ti: et qui ad iusticiam erudi
unt multos, quasi stelle in
perpetuas eternitates. Cur dicitur
paulus apostolus vas electio
nis? Nempe quia vas legis
et scripturarum sanctarum erat armari
um. Pharisei stupent in doc
trina domini: et mirantur in
petro et iohanne quomodo
legem sciant cum litteras non di
dicerint. Quicquid enim ali
is exercitatio et cotidiana
in lege meditatio tribuere
solet, illis hoc spiritus sanctus
suggerebat: et erant iuxta
quod scriptum est docibiles
deo. Duodecim annos salva
tor impleverat: et in templo
sedens senes de questionibus legis in
terrogans, magis docet dum
prudenter interrogat. Nisi for
te rusticum petrum, rusticum dica

nius iohannes: quorum uterque dicere poterat. Et si imperitus sermone: non tamen sciencia. Johannes rusticus piscator indoctus. Et unde illa vox obsecro. In principio erat verbum et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. Logos grece multa significat. Nam et verbum est et racio. et supputacio: et causa uniuscuiusque rei per quam sunt singula que subsistunt. Que universa recte intelligimus in christo. Capitulum quintum.

Hoc doctus plato nescivit. hoc demostenes eloquens ignoravit. Perdam inquit sapientiam sapientium: et prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam: et quamquam stulticia predicationis in cruce sit: tamen paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non seculi huius. nec principum seculi istius qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiam in misterio absconditam: quam predestinavit deus ante secula. Dei sapientia christus est. Christus enim dei virtus. et dei sapientia. Hec sapientia in misterio abscondita est: de qua et noni psalmi titulus prenotatur. pro occultis filii in quo sunt omnes thesauri sapientie et sciencie dei absconditi. Et qui in misterio absconditus erat. predestinatus est ante secula: predestinatus autem et prefiguratus in lege et prophetis. Unde et prophete appellabantur videntes: quia videbant eum quem ceteri non videbant. Abraham vidit diem eius: et letatus est. Aperiebantur celi ezechieli: qui populo peccatori clausi erant. Revela inquit david oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est: et revelatione opus est ut intelligatur. ac revelata facie gloriam dei contemplamur. Liber in apocalipsi septem sigillis signa

tus ostendit: quem si dederis
homini scienti litteras ut le-
gat. respondebit tibi. Non
possum. Signatus est enim.
Quanti hodie putant se nosse
litteras. tenent signatum librum.
nec aperire possunt: nisi ille
reseraverit qui habet clavem
david. qui aperit et nemo
claudit: claudit et nemo a-
perit. In actibus apostolorum
sanctus eunuchus. immo sanctus vir.
sic enim eum scriptura cognomi-
nat: cum legeret ysaiam prophe-
tam interrogatur a philippo.
Putasne intelligis que legis?
Respondit. Quomodo possum:
nisi aliquis me docuerit?
Ego ut de me interim loquar.
nec sanctior sum hoc eunu-
cho. nec studiosior: qui de e-
thiopia. id est de extremis
mundi finibus venit ad tem-
plum: reliquit aulam regiam.
et tantus amator legis di-
vine scientieque fuit: ut etiam in
vehiculo sacras litteras le-
geret. Et tamen cum librum tene-
ret. et verba domini cogitatione
conciperet. lingua volveret.
labiis personaret: ignora-
bat eum quem in libro nesciens
venerabatur. Venit philippus:
ostendit ei ihesum qui clausus
latebat in littera. O mira
doctoris virtus. Eadem hora
credidit eunuchus: baptiza-
tur fidelis. est et sanctus. ac ma-
gister est de discipulo. Plus in
deserto fonte ecclesie. quam
in aurato synagoge templo
repperit. Hec a me perstricta sunt
breviter.

Capitulum vi.

Neque enim epistolaris an-
gustia evagari longius
patiebatur: ut intelligeres
te in scripturis sanctis sine
previo et monstrante semi-
tam non posse ingredi. Ta-
ceo de grammaticis. rethori-
cis. philosophis. geome-
tricis. dyalecticis. musicis.
astronomis. astrologis.
medicis: quorum scientia
mortalibus satis vel utilis-
sima est: et in tres partes scin-
ditur. in doctrinam. rationem.
et usum. Ad minores artes

peritia: et que non tam lingua quam manu administrantur. Agricole. cementarii. fabri metallorum. lignorumque cesores. lanarii quoque et fullones. et ceteri qui variam supellectilem et vilia opuscula fabricant: absque doctore non possunt esse quod cupiunt. Quod medicorum est promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est: quam sibi omnes passim vendicant. Scribimus indocti: doctique poemata passim. Hanc garrula anus. hanc delirus senex. hanc sophista verbosus: hanc universi presumunt. lacerant. docent antequam discant. Alii adducto supercilio grandia verba trutinantes: inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alii discunt pro pudor a feminis quod viros doceant. Et ne parum hoc sit: quadam facilitate verborum immo audacia edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt.

Taceo de meis similibus: qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint et sermone composito aurem populi mulserint: quicquid dixerint hoc legem dei putant. Nec scire dignantur quid prophete quid apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit et non viciosissimum dicendi genus depravare sententias. et ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem: quasi non legerimus homerocentonas. et virgiliocentonas. ac non sic etiam maronem. sine christo possimus dicere christianum: quia scripserit. Iam redit et virgo: redeunt saturnia regna. Iam nova progenies. celo dimittitur alto. Et patrem loquentem ad filium. Nate mee vires: mea magna potentia solus. Et post verba salvatoris in cruce. Talia prestabat memorans. fixusque manebat.

Puerilia sunt hec: et circula
torum ludo similia. docere quod
ignores: immo ut cum stoma
cho loquar: ne hoc quidem
scire quod nescias. Capitulum vii.
Videlicet manifestissima
est genesis: in qua de
creatura mundi et de exordi
o generis humani. de divisione
terre. de confusione linguarum. et
gente usque ad egyptum hebrorum he
breorum. Patet exodus cum decem pla
gis: cum decalogo. cum misticis
divinisque preceptis. In promp
tu est leviticus liber: in quo
singula sacrificia immo sin
gule pene sillabe et vestes
aaron. et totus ordo leviti
cus inspirant celestia sacra
menta. Numeri vero nonne
totius arismetice et prophetie
balaam et quadraginta
duarum per heremum mansi
onum misteria continent? Deu
teronomium quoque secunda lex
et evangelice legis prefigu
ratio: nonne sic ea habet
que priora sunt. ut tamen
nova sint omnia? De ve
teribus huiusque moyses hucusque
pentatheucus: quibus
quinque verbis loqui se velle
apostolus in ecclesia gloriatur.
Iob exemplar patientie: que
non misteria suo sermone con
plectitur? Prosa incipit.
versu labitur. pedestri sermo
ne finitur: omnesque leges dya
lectice. propositione. assumptione.
confirmatione. conclusione
determinat. Singula in e
o verba: plena sunt sensibus.
Et ut de ceteris sileam: re
surrectionem corporum sic pro
phetat: ut nullus de ea vel
manifestius vel cautius
scripserit. Scio inquit quia
redemptor meus vivit: et
in novissimo die de terra
surrecturus sum: et rursum
circumdabor pelle mea. et in
carne mea videbo deum salva
torem meum. Quem visurus sum ego
ipse et oculi mei conspecturi sunt:
et non alius. Reposita est hec
spes mea in sinu meo. Ve
niam ad ihesum nave: qui ty
pum domini non solum in gestis.

perueniā et in nomine p̄
ferri. Transit iordanem. host
tiū regna subuertit. diui
dit terrā victori populo:
et per singulas vrbes. vicu
los. montes. flumina. torrē
tes atq; confinia. ecclesie ce
lestis q; ierusalem spiritua
lia regna describit. In iu
dicū libro. quot principes
ppli tot figure sunt. Ruth
moabitis: ysaie explet va
ticiniū dicentis. Emitte ag
num dn̄e dn̄atorem terre:
de petra deserti ad montē
filie syon. Samuhel in he
ly mortuo et in occisione
saul. veterē legem aboli
tam: demonstrat. Porro
in sadoch et dauid. noui
sacerdotij noui q; imperij
sacramenta testatur. Ma
lachim id est tercius et q̄r
tus regū liber a salomoē
vsq; ad iechoniā. et ab ihe
roboam filio nabath vsq;
ad osee qui ductus est in
assyrios: regnū iuda et reg
nū describit isrl'. Si hysto
riam respicias: verba sim
plicia sunt. Si in littera
sensum latentē inspexeris:
eccłie paucitas. et heretico
rū contra ecclesiā bella nar
rantur. Duodecim p̄phete
in vnius voluminis angus
tias coartati: multo ali
ud q̄ sonant in littera p̄
figurant. Osee crebro nomi
nat ephraym. samariā.
ioseph. iezrahel. et vxorem
fornicariā et fornicationis
filios. et adulterā cubiculo
clausam mariti. multo tem
pore sedere viduā: et sub
veste lugubri viri ad se re
ditū prestolari. Iohel fil'
phatuel describit terrā duo
decim tribuū. eruca. brucho.
locusta. rubigine. vastāte
consūptam: et post euersi
onē prioris populi effusū
spiritū sanctū sup seruos
dei et ancillas. id est super
centū viginti credentiū no
mina. et effusum iri in cena
culo syon: qui centū vigin
ab vno vsq; ad quindecim

paulatim et per incremen
ta surgentes. quindenum gra
duum numerum efficiunt. q in
psalterio mistice continentur.
Amos pastor et rusticus
et rubororum moros distrin
gens: paucis verbis expli
cari non potest. Quis enim
digne exprimat. tria et q
tuor scelera damasci. et ga
ze et tyri et ydumee. et filiorum
amon. et moab. et in septi
mo et in octavo quoque gradu
iude et israel. Hic loquitur
ad vaccas pingues que
sunt in monte samarie: et
ruituram domum maiorem
minorem quoque testatur. Ipse
cernit fictorem locuste. et sta
tem dominum super murum litum
et adamantinum. et uncinum
pomorum attrahentem suppli
cia peccatoribus et famem in ter
ra: non famem panis ne
que sitim aque. sed audien
di verbum dei. Abdias qui
interpretatur servus domini p
tonat contra edom. et san
guineum terrenumque: fratris
quoque iacob semper
emulum. hasta percutit spiri
tali. Jonas columba pul
cherrima naufragio suo
passionem domini prefigurans.
mundum ad penitentiam
revocat: et sub nomine
ninive salutem gentibus nun
ciat. Micheas de morasti
tim coheres xpisti. vastatio
nem annunciat filie latro
nis: et obsidionem ponit
contra eam quia maxillam
percusserit iudicis israel. Na
um consolator orbis incre
pat civitatem sanguinum:
et post eversionem illius lo
quitur. Ecce super montes
pedes euangelizantis. et
annunciantis pacem. Abba
cuc luctator fortis et rigi
dus. stat super custodiam
suam: et figit gradum super
munitionem. ut xpistum in cru
ce contempletur et dicat. O
peruit celos gloria eius:
et laudis eius plena est
terra. Splendor eius ut
lux erit: cornua in mani

bus eius. Ibi abscondita
est fortitudo eius. Sopho
nias speculator. et archa
norũ dñi cognitor. audit
clamorẽ a porta piscium:
et eiulatũ a sc̃da: et cõtri
tionem a collibꝫ. Indicat
quoqꝫ ululatũ habitato
ribꝫ pyle: quia cõticuit
omnis populus chana
an. dispsi sũt vniuersi q̃
inuoluti erãt argento.
Aggeus festiuus et letus
qui seminauit in lacrimis
ut in gaudio meteret. des
tructũ templũ edificat:
deũ qꝫ patrẽ inducit loquẽ
tem. Adhuc unũ modicũ
qꝫ et ego cõmouebo celũ
et terrã mare et aridã:
et mouebo omnes gentes:
et veniet desideratus cunc
tis gentibꝫ. Zacharias
memor dñi sui. multiplex
in ꝑphetia. ihesũ vestibus
sordidis indutũ. et lapidẽ
oculorũ septem. candela
brũ qꝫ aureũ cum totidem
lucernis quot oculis. du

as quoqꝫ oliuas a sinis
tris lampadis cernit et a
dextris: ut post equos ru
fos. varios. albos. et dis
sipatas quadrigas ex e
phraym et equũ de ierlm
pauperẽ regem vaticinet̃:
et predicet sedentẽ sup pul
lũ filiũ asine subiugalis.
Malachias aperte. et in fi
ne omnium ꝑphetarũ de abiecti
one isrl' et vocatione gen
tiũ. nõ est michi ait volũ
tas in vobis dicit dñs ex
ercituũ: et munus nõ susci
piam de manu vr̃a. Ab
ortu enĩ solis usqꝫ ad occa
sum magnũ est nomen
meũ in gentibꝫ: et in omni
loco sacrificatur et offert̃
nomini meo oblatio mũ
da. Ysaiam. iheremiam.
ezechiel. et daniel. quis po
test vel intelligere vel ex
ponere? Quorũ primus
non ꝑphetiam michi vi
detur texere: sed euãgeliũ.
Secundus virgam nuceã
et ollam succensã a facie

aquilonis. et pardum spoliatum suis coloribus: et quadruplex diversis metris texit alphabetum. Tercius principia et finem tantis habet obscuritatibus involuta: ut apud hebreos ipse partes cum exordio geneseos ante annos triginta non legantur. Quartus vero qui et extremus inter quatuor prophetas. temporum conscius et tocius mundi phylohystoricus lapidem precisum de monte sine manibus et regna omnia subvertentem claro sermone pronunciat. David symonides noster. pyndarus et alcheus flaccus quoque catullus. atque serenus. christum lira personat: et in decacordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus et amabilis domini. mores corrigit. naturam docet: ecclesiam iungit et christum: sanctarumque nuptiarum dulce canit epythalamium. Hester in ecclesie typo populum liberat de periculo: et interfecto aman qui interpretatur iniquitas: partes convivii et diem celebrem mittit in posteros. Paralipomenon liber. id est instrumenti veteris epythomen tantus ac talis est: ut absque illo si quis scienciam scripturarum sibi voluerit arrogare. seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasque verborum et pretermissas in regum libris tangit hystorias: et innumerabiles explicantur evangelii questiones. Esras et neemias adiutor videlicet et consolator a domino. in uno volumine artantur: instaurant templum. et murum extruunt civitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam. et descriptio sacerdotum levitarum israhelis. proselitorum. ac per singulas fami

uias. murorum et turrium
opera diuisa. aliud in
cortice patescit: aliud reti
netur in medulla. Sentio
me scripturarum amore
raptum. excessisse modum
epistole: et tamen non im
plesse quod volui. Audi
uimus tantum quid nosse.
quid cupere debeamus: ut
et nos quoque possimus
dicere. Concupiuit anima
mea desiderare iustificati
ones tuas. in omni tempore.
Ceterum illud socraticum im
pletur in nobis: hoc tan
tum scio quod nescio. Tan
gam et nouum breuiter tes
tamentum. Matheus. mar
cus. lucas et iohannes. quadri
briga domini. et verum cheru
bin quod interpretatur scien
tie multitudo. per totum
corpus oculati sunt. Scin
tille emicant. discurrunt
fulgura. pedes habent rec
tos. et in sublime tenden
tes. terga pennata. et ubi
que volitantia: tenent se
mutuo. sibique perplexi sunt.
et quasi rota in rotam vol
uitur: et pergunt quocum
que eos flatus sancti spiritus
duxerit. Paulus apostolus
ad septem scribit ecclesias:
octaua eius ad hebreos a
plerisque extra numerum po
nitur. Thimotheum instru
it ac titum: phylemonem
pro fugitiuo famulo dep
catur: super quo tacere me
lius puto quam pauca scri
bere. Actus apostolorum nudam
quidem sonare videntur hys
toriam. et nascentis eccle
infantiam texere: sed si no
uerimus scriptorem eorum lu
cam esse medicum. cuius
laus est in euangelio: ani
maduertimus pariter om
nia verba illius anime
languentis esse medicinam.
Jacobus petrus. iohannes.
iudas. septem epistolas edi
derunt. tam misticas quam
succinctas: et breues pari
ac longas. breues in ver
bis. longas in sententiis:

ut rarius sit qui nō in ea
rū lectione cecutiat. Apo
calipsis iohānis tot habz
sacramenta quot verba.
Parū dixi: et pro merito
voluminis laus ōnis infe
rior est. In verbis singul'
multiplices latēt intelli
gentie. Oro te frater caris
sime inter hec vivere: ista
meditari: nichil aliud
nosse nichil querere. Nō
ne tibi videtur iam hic ī
terris regni celestis habi
taculū? Nolo offendaris
in scripturis sc̄is simpli
citate. et quasi vilitate
verborū: que vel vicio
interp̄tū. vel de industria
sic prolate sūt. ut rusticam
contiōnē facilius instru
erent: et in una eadem q̄
sententia aliter doctus a
liter audiret indoctus. Nō
sū tā petulans et hebes. ut
hec me nosse pollicear:
et eorū fructus carpere in
terris quorū radices ī celo fixe sūt:
sed velle me fateri. sed anti
me p̄fiteor: sedenti me p̄fero:
magistrū renuēs comitē spō
deo. Petenti datur: pulsā
ti aperitur: q̄rens invenit.
Discamus in terris: quo
rū nobis sciencia p̄severēt
in celo. Obviis te mani
bus excipiam: et ut inep
te aliquid ac de ermagoře
tumiditate effundā: quic
q̄d quesieris tecū scire co

Nabor. Capitulum viij

Habes hic amantissi
mū tui fratrē eusebiū: q̄
litterarū tuarū michi grā
ciam duplicavit: referēs
honestatē morū tuorū.
contemptū seculi. fidem a
micitie. amorē xp̄i. Nam
prudenciā et eloquij ve
nustatē: etiam absq̄ illo
ip̄a epistola p̄ferebat. Fes
tina queso te: et herenti
in salo navicule funem
magis p̄cide q̄m solve.
Nemo renūciaturus secu
lo. bene potest vendere:
que contēpsit ut venderet.
Quicq̄d in sūptus de tuo

[...]niteris: pro lucro cōputari.
Antiquū dictū est. Aua
ro deest tam quod habet:
q̄m qd̄ non habet. Crede
ntis totus mūdus diuici
arū est: infidelis aūt etiā
obolo indiget. Sic viua
mus. quasi nichil habē
tes: et omnia possidentes.
Victus atqȝ vestitus: diui
ciē sūt xp̄ianorū. Si ha
bes in potestate rem tuā.
vende: et si nō habes proi
ce. Tollenti tunicā: et palliū
relinquendū est. Scilicet
nisi tu semꝑ recrastinans.
et diem de die trahens. cau
te et pedetemptim tuas
possessiūculas vendideris:
nō habet xp̄c unde alat
pauperes suos? Totū deo
dedit: qui seipm̄ obtulit.
Ap̄li tantū nauē et retia
reliquerunt. Vidua duo era
mittit in gazophilaciū:
et prefertur cresi diuiciis. Fa
cile contēpnit omnia: qui
se semꝑ putat esse moritu
rum. Explicit epistola.

prologus.

Incipit prologus beati iero
nimi presbiteri in quin
que libros moysi.

Desiderii mei de
sideratas accepi epistolas:
qui quodam presagio fu
turorū cū daniele sortit⁹
est nomen: obsecrans. ut
translatū in latinam lin
guā de hebreo sermone pe
thateucū nostrorū auri
bus traderē. Periculosū
opus certe et obtrectatorū
meorū latratibus patens:
qui me asserūt in septua
ginta interpretū sugilla
tionē noua pro veteribus
cudere. ita ingeniū qua
si vinū probantes: cū ego
sepissime testatus sim me
pro viri portione in tabe
naculo dei offerre q̄ possī:

nec opes alterius aliorum paupertate fedari. Quod ut auderem, Origenis me studium provocavit: qui editioni antique translationem Theodotionis miscuit, asterisco et obelo id est stella et veru opus omne distinguens: dum aut illucescere facit que minus ante fuerant, aut superflua queque iugulat et confodit: maxime que evangelistarum et apostolorum auctoritas promulgavit. In quibus multa de veteri testamento legimus que in nostris codicibus non habentur: ut est illud. Ex egipto vocavi filium meum. Et quoniam nazareus vocabitur. Et videbunt in quem compunxerunt. Et flumina de ventre eius fluent aque vive. Et que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. que preparavit deus diligentibus se: et multa alia que proprium syntagma desiderant. Interrogemus ergo eos ubi hec scripta sint. Et cum dicere non potuerint: de libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in osee. secundum in ysaya: tertium in zacharia. quartum in proverbiis: quintum eque in ysaia. Quod multi ignorantes apocriforum deliramenta sectantur. et hyberas nenias libris autenticis preferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudei prudenti factum dicunt esse consilio: ne ptholomeus unius dei cultor. etiam apud hebreos duplicem divinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant: quia in platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicumque sacratum aliquid scriptura testatur de patre et filio et spiritu sancto: aut aliter interpretati sunt: aut omnino tacuerunt: ut et

regi satisfacerent: et archanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas alexandrie mendacio suo extruxerit. quibus divisi eadem scriptitarent: cum aristeus eiusdem ptholomei yperaspistes. et non multo post tempore iosephus nichil tale retulerint: sed in una basilica congregatos contulisse scribant non prophetasse. Aliud est enim esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi spiritus ventura predicit: hic eruditio et verborum copia ea que intelligit transfert. Nisi forte putandus est tullius economicum xenofontis et platonis pithagoram. et demostenis prothesifontem afflatus rethorico spiritu transtulisse: aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes: aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuit: ut quod illi tacuerunt. hii scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Dampnamus veteres? Minime: sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante adventum christi: et quod nesciebant dubiis protulere sententiis: nos post passionem et resurrectionem eius. non tam prophetiam quam historiam scribimus. Aliter enim audita: aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus: melius et proferimus. Audi igitur emule: obtrectator ausculta. Non dampno non reprehendo septuaginta: sed confidenter cunctis illis apostolos prefero. Per istorum os michi christus sonat: et quos ante prophetas inter spiritualia carismata positos lego: in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent. Quid livore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi tibi in

translatione videor: erra
re? interroga hebreos: diu
sarū urbiū magistros cō
sule. Quod illi habent de
xpo: tui codices nō habēt.
Aliud ē si cōtra se postea
ab aplis usurpata testīo
nia pbauerūt: et emēdati
ora sūt exēplaria latina
q̄ greca: greca q̄ hebrea.
Verū hec cont̄ īuidos. Nūc
te dep̄cor desideri carissime:
ut q̄a tantū opus me sub
ire fecisti. et a genesi exordi
ū capē. orōnibus iuues: quo
possī eodē spū quo scripti
sūt libri ī latinū eos tr̄sferre
sermonē. Explicit plogus.

Incipit liber genesis: q̄ hebraice dicitur bresith.

In principio creauit deus celū et terram. Terra aūt erāt īanis
et uacua: et tenebre erāt sup
faciē abyssi: et spūs dn̄i ferebatur sup aq̄s. Dixitq̄ d̄s. Fiat lux.
Et facta est lux. Et uidit d̄s lu
cem q̄ esset bona: et diuisit de
us lucē a tenebris. Appellauit
q̄ lucē diem: et tenebras noctē.
Factūq̄ est uespere et mane:
dies unus. Dixit quoq̄ deus.
Fiat firmamentū in medio
aquarū: et diuidat aquas ab
aquis. Et fecit deus firmamē
tū: diuisit aquas que erāt sub
firmamēto. ab hys que erant
sup firmamentū. Et factū est
ita. Vocauitq̄ deus firmamē
tū celū. Et factū est uespere et
mane: dies secūdus. Dixit ue
ro deus. Congregētur aque q̄
sub celo sunt in locū unū: et
appareat arida. Factūq̄ ē ita.
Et uocauit deus aridā terrā:
cōgregationesq̄ aquarū ap
pellauit maria. Et uidit deus
q̄ esset bonū: et ait. Germinet
terra herbā uirentē et facientē
semen: et lignū pomiferū faci
ens fructū iuxta genus suum:
cuius semen ī semetipso sit su

per terrã. Et factũ est ita. Et ꝓ
tulit terra herbã virentem et
afferentẽ semen iuxta genus
suũ: lignũq; faciens fructum:
et habens unũquodq; semen
tem sedm speciẽ suã. Et vidit
deus qđ esset bonũ: factũq; est
vespe & mane dies tercius. Dixit
autẽ deus. Fiant luminaria in
firmamento celi. et diuidant
diem ac noctem: et sint ĩ sig
na et tẽpora. et dies et ãnos:
et luceant in firmamẽto ce
li et illuminẽt terrã. Et factũ
est ita. Fecitq; deus duo mag
na luminaria: luminare maius
ut pesset diei: et luminare mi
nus ut pesset nocti. Et stellas.
Et posuit eas in firmamento
celi: ut lucerent sup terrã. et p
essent diei ac nocti: et diuide
rent lucẽ ac tenebras. Et vidit
deus qđ esset bonũ: et factum
est vespe et mane dies qrtus.
Dixit etiã deus. Producat aq
reptile aĩme viuentis: et vo
latile sup terrã sub firmamẽ
to celi. Creauitq; deus cete grã
dia. et omnẽ animã viuẽtẽ

atq; motabilẽ quã pduxe
rant aque in species suas: et
omne volatile sedm genus
suũ. Et vidit deus qđ esset bo
nũ: bndixitq; eis dicens. Cres
cite et multiplicamini et reple
te aquas maris: auesq; mul
tiplicent sup terrã. Et factũ
est vespe et mane: dies quĩtus.
Dixit quoq; deus. Producat
terra animã viuentẽ in genere
suo: iumenta et reptilia et
bestias terre secundũ species
suas. Factũq; est ita. Et fecit
deus bestias tre iuxta species
suas: et iumẽta et omne rep
tile terre in genere suo. Et vi
dit deus qđ esset bonũ: et ait.
Faciamus hominẽ ad yma
ginẽ et similitudinẽ nostrã:
et presit piscibz maris. et vo
latilibz celi. et bestijs terre v
niuerseq; creature: omniq; rep
tili quod mouetur in terra.
Et creauit deus hominẽ ad
ymaginẽ et similitudinem
suã: ad ymaginẽ dei creauit
illũ: masculũ et feminã cre
auit eos. Bndixitq; illis deus.

et ait. Crescite et multiplica
mini et replete terrã et sub
iate eam: et dominamini
piscibꝫ maris et volatilibꝫ
celi. et vniũsis aĩmantibꝫ
que mouẽtur sup terram.
Dixitqꝫ deus. Ecce dedi vob
omnẽ herbã afferentem se
men sup terrã. et vniuersa
ligna que habẽt in semetip
sis semente generis sui: ut
sint vobis in escã et cũctis
animãtibꝫ terre. omniqꝫ
volucri celi et vniũsis que
mouẽtur in terra et in qbꝫ
est aĩa viuens: ut habe
ant ad vescendũ. Et factũ
est ita. Viditqꝫ deus cũcta
que fecit: et erant valde bo
na. Et factũ est vespe et ma
ne: dies sextus. Capitulũ ij.
Igitur pfecti sunt celi
et terra: et omĩs orna
tus eorũ. Cõpleuitqꝫ
deus die septimo opus su
um quod fecerat: et requi
euit die septĩo ab vniũso
ope qđ patrarat. Et bñdix
it diei septimo et sctificau

uit illũ: quia in ipso cessa
uerat ab omĩ ope suo quod
creauit deus ut faceret. Iste
sunt generationes celi et tre
quando create sunt: in die
quo fecit dñs deus celũ et trã:
et omne virgultũ agri ãnqꝫ
oriret in terra: omneqꝫ her
bam regionis priusqꝫ germi
naret. Non enim pluerat
dñs deus sup terrã: et homo nõ
erat qui operaret terrã: sed
fons ascendebat e terra. irri
gans vniũsã supficiẽ terre.
Formauit igit dñs deus ho
minẽ de limo terre: et inspi
rauit in faciẽ eius spiraculũ
vite: et factus est homo in
animã viuentẽ. Plantaue
rat aũt dñs deus padisum
voluptatis a principio: in
quo posuit hominẽ quem
formauerat. Produxitqꝫ dñs
deus de humo omẽ lignum
pulchrũ visu et ad vescẽdũ
suaue: lignũ etiã vite in
medio paradisi: lignũqꝫ
scientie boni et mali. Et flu
uius egrediebat de loco vo

luptatis ad irrigandū pa
radisū: qui inde diuiditur ī
quatuor capita. Nomē uni
physon: ipse est qui circuit
omnē terrā euilath. ubi nas
citur aurū: et aurū terre illi
us optimū est. Ibiqꝫ inuenitur
bdellium: et lapis onichinus.
Et nomē fluuij secūdi gyon:
ipse est qui circuit omnem
terrā ethyopie. Nomē vero
fluminis tercij tigris: ipse va
dit contra assyrios. Fluui
us autē quartus: ipse est
eufrates. Tulit ergo dn̄s de
us hominē et posuit eū in
paradiso voluptatis: ut
operaretur et custodiret illū.
Precepitqꝫ ei dicens. Ex omni
ligno paradisi comede: de
ligno autē sciencie boni et
mali ne comedas. In quocū
qꝫ enī die comederis ex eo:
morte morieris. Dixit quoqꝫ
dn̄s deus. Non est bonū
esse hominē solū: faciamus
ei adiutoriū simile sui. For
matis igitur dn̄s deus de hu
mo cunctis aīantibus terre.

et uniuersis volatilibus celi:
adduxit ea ad adā ut vide
ret quid vocaret ea. Omne
enī quod vocauit adam a
nime viuentis: ipsū est no
men eius. Appellauitqꝫ adā
nominibus suis cuncta aīman
tia. et uniuersa volatilia ce
li: et omnes bestias terre. Adā
vero nō inueniebatur adiu
tor ~~adiutor~~ similis eius.
Immisit ergo dn̄s deus sopo
rem in adam. Cūqꝫ obdor
misset: tulit unā de costis
eius: et repleuit carnē pro
ea. Et edificauit dn̄s deus
costā quam tulerat de adā
in mulierē: et adduxit eā
ad adam. Dixitqꝫ adam.
Hoc nunc os ex ossibus meis:
et caro de carne mea. Hec
vocabitur virago: quia de vi
ro sumpta est. Quamobrē relin
quet homo patrē suū. et
matrē suā. et adherebit ux
ori sue: et erunt duo in carne
una. Erat autē uterqꝫ nudus
adā scilicet et uxor eius: et
nō erubescebant. Capitulum iii.

Sed et serpens erat
callidior cunctis a
nimantibus terre: que
fecerat dominus deus. Qui dixit
ad mulierem. Cur precepit vo
bis deus: ut non comederetis
de omni ligno paradisi?
Cui respondit mulier. De fructu
lignorum que sunt in paradiso
vescimur: de fructu vero ligni
quod est in medio paradi
si precepit nobis deus ne come
deremus: et ne tangeremus illud.
ne forte moriamur. Dixit
autem serpens ad mulierem. Ne
quaquam morte moriemini. Scit
enim deus quod in quocumque die
comederitis ex eo. aperientur
oculi vestri: et eritis sicut dii.
scientes bonum et malum. Vidit
igitur mulier quod bonum esset
lignum ad vescendum et pulchrum
oculis aspectuque delectabile:
et tulit de fructu illius et come
dit: deditque viro suo. Qui
comedit: et aperti sunt oculi
amborum. Cumque cognovissent
se esse nudos: consuerunt folia
a ficus et fecerunt sibi perizo
mata. Et cum audissent vocem
domini dei deambulantis in para
diso ad auram post meridiem:
abscondit se adam et uxor eius
a facie domini dei in medio lig
ni paradisi. Vocavitque dominus
deus adam: et dixit ei. Ubi es?
Qui ait. Vocem tuam domine audi
vi in paradiso: et timui eo
quod nudus essem: et abscondi
me. Cui dixit deus. Quis enim
indicavit tibi quod nudus es
ses: nisi quod ex ligno de quo pre
ceperam tibi ne comederes come
disti? Dixitque adam. Mulier
quam dedisti michi sociam
dedit michi de ligno: et comedi.
Et dixit dominus deus ad mulierem.
Quare hoc fecisti? Que respon
dit. Serpens decepit me: et
comedi. Et ait dominus deus ad
serpentem. Quia fecisti hoc:
maledictus es inter omnia ani
mantia et bestias terre. Super
pectus tuum gradieris: et terram
comedes cunctis diebus vite tue.
Inimicitias ponam inter te et
mulierem: et semen tuum et semen
illius. Ipsa conteret caput tu

um: et tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit. Multiplicabo erumpnas tuas: et conceptus tuos. In dolore paries filios tuos: et sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tui. Ade vero dixit. Quia audisti vocem uxoris tue et comedisti de ligno ex quo preceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes eam: cunctis diebus vite tue. Spinas et tribulos germinabit tibi: et comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec revertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es et in pulverem reverteris. Et vocavit adam nomen uxoris sue evam: eo quod mater esset cunctorum viventium. Fecit quoque dominus deus ade et uxori eius tunicas pelliceas: et induit eos et ait. Ecce adam factus est quasi unus ex nobis: sciens bonum et malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat etiam de ligno vite et comedat: et vivat in eternum. Emisit eum dominus deus de paradiso voluptatis: ut operaretur terram de qua sumptus est. Eiecitque adam: et collocavit ante paradisum voluptatis. cherubin et flammeum gladium atque versatilem: ad custodiendam viam ligni vite. Capitulum iiii.

Adam vero cognovit evam uxorem suam: que concepit et peperit cayn dicens. Possedi hominem per deum. Rursumque peperit fratrem eius abel. Fuit autem abel pastor ovium: et cayn agricola. Factum est autem post multos dies ut offerret cayn de fructibus terre munera domino: abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui. et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad abel et ad munera eius: ad cayn vero et ad munera illius non respexit. Iratusque est cayn vehementer: et concidit vultus eius. Dixitque dominus ad eum. Quare iratus es. et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male: statim

in foribꝫ peccatũ tuũ aderit. Sed
sub te erit appetitus eius: et tu
dñaberis illius. Dixitq́ꝫ cayn
ad abel fratrẽ suũ. Egrediamur
foras. Cumq́ꝫ essent in agro:
cõsurrexit cayn adu̾sus abel
fratrẽ suũ. et īterfecit eum. Et
ait dñs ad cayn. Ubi ē abel
frater tuus? Qui respondit.
Nescio. Nũquid custos fratris
mei sum ego? Dixitq́ꝫ ad eũ.
Quid fecisti? Vox sanguinis
fratris tui clamat ad me de
terra. Nunc igitur maledictus
eris sup terrã: que apuit os
suũ. et suscepit sanguinẽ fra
tris tui de manu tua. Cum
operatus fueris eam: nõ da
bit tibi fructus suos. Vagus
et pfugus eris sup terrã. Dix
itq́ꝫ cayn ad dñm. Maior est
iniquitas mea: q̃m ut veniã
merear. Ecce eicis me hodie a
facie terre. et a facie tua abscõ
dar: et ero vagus et pfugus ī
terra. Omis igitur qui īvene
rit me: occidet me. Dixitq́ꝫ
ei dñs. Nequaq̃ ita fiet: sed
omis qui occiderit cayn. septu

plũ punietur. Posuitq́ꝫ dñs
signũ in cayn: ut nõ eũ interfi
ceret omnis qui īvenisset eum.
Egressusq́ꝫ cayn a facie dñi:
habitavit in terra pfugus
ad orientalẽ plagã eden. Cog
novit autẽ cayn uxorẽ suã:
que cõcepit et pepit enoch.
Et edificavit civitatẽ: voca
vitq́ꝫ nomẽ eius ex nomine
filij sui enoch. Porro enoch
genuit yrad: et yrad genuit
mavіael. Et maviael genuit
mathusahel: et mathusahel
genuit lamech. Qui accepit
uxores duas. Nomẽ uni adã:
et nomen alteri sellã. Genu
itq́ꝫ ada iabel: qui fuit pat̾
habitantiũ in tentorijs atq́ꝫ
pastorum. Et nomẽ fratris eius
iubal: ipse fuit pater canẽti
um in cythara et organo.
Sella quoq́ꝫ genuit thubal
cayn: qui fuit malleator et
faber in cuncta opera eris et
ferri. Soror vero thubalcayn:
noemã. Dixitq́ꝫ lamech
uxoribꝫ suis ade et selle. Au
dite vocẽ meã uxores lamech:

auscultate sermonem meum. Q-
uia occidi virum in vulnus
meum. et adolescentulum in livo
rem meum: septuplum ultio da
bitur de cayn: de lamech vero
septuagies septies. Cognovit
quoque adhuc adam uxorem suam
et peperit filium: vocavitque no
men eius seth, dicens. Posuit
michi deus semen aliud pro
abel: quem occidit cayn. Sed
et seth natus est filius: quem
vocavit enos. Iste cepit invo
care nomen domini. Capitulum v.

Hic est liber genera
tionis adam. In
die qua creavit de
us hominem. ad similitudi
nem dei fecit illum: masculum et
feminam creavit eos. Et bene
dixit illis: et vocavit nomen
eorum adam. in die qua creati
sunt. Vixit autem adam centum
triginta annis: et genuit fili
um ad ymaginem et similitudinem
suam: vocavitque nomen eius
seth. Et facti sunt dies adam
postquam genuit seth octingenti
anni: genuitque filios et fili
as. Et factum est omne tempus
quo vixit adam. anni nongenti
triginta: et mortuus est. Vixit
quoque seth centum quinque an
nis: et genuit enos. Vixitque
seth postquam genuit enos octi
gentis septem annis: et ge
nuit filios et filias. Et facti
sunt omnes dies seth nongen
torum duodecim annorum et mortuus
est. Vixit vero enos nonagin
ta annis: et genuit caynan.
Post cuius ortum vixit octin
gentis quindecim annis: et
genuit filios et filias. Facti
que sunt omnes dies enos
nongentorum quinque annorum:
et mortuus est. Vixit quoque
caynan septuaginta annis:
et genuit malalehel. Et vix
it caynan postquam genuit
malalehel octingentis qua
draginta annis: genuitque fili
os et filias. Et facti sunt omnes
dies caynan nongenti decem
anni: et mortuus est. Vixit
autem malalehel sexaginta quinque
annis: et genuit iared. Et vix
it malalehel postquam genuit

iared octingẽtis triginta ãnis:
et genuit filios et filias. Et fc̃i
sunt om̃es dies malalehel oc
tingenti nonaginta quĩq; ãni:
et mortuus est. Vixitq; iared
centũ sexaginta duob; annis:
et genuit enoch. Et vixit iared
postq̃ genuit enoch octingen
tis annis: et genuit filios et fi
lias. Et facti sunt om̃es dies
iared nongẽti sexaginta duo
anni: et mortuus est. Porro
enoch vixit sexaginta q̃nq; an
nis: et genuit matusalẽ. Et
ambulauit enoch cũ deo. Vix
it aũt enoch postq̃m genuit
matusalam. trecentis annis:
et genuit filios et filias. Et fc̃i
sunt om̃es dies enoch trecẽti
sexaginta quĩq; anni: ⁊ ãbula
uitq; cum deo: et non appaiu
it. quia tulit eum d̃s. Vixit
quoq; matusalã centũ octo
ginta septẽ annis: et genuit
lamech. Et vixit matusalam
postq̃m genuit lamech septi
gentis octoginta duob; ãnis:
et genuit filios et filias. Et fc̃i
sunt om̃es dies matusale nõ
genti sexaginta nouẽ anni: et
mortuus est. Vixit aũt lamech
centũ octoginta duob; ãnis: et
genuit filiũ. vocauitq; nom̃
eius noe dicens. Iste cõsolabi
tur nos ab opib; et laborib;
manuũ nr̃arũ: in terra quã
maledixit d̃ns. Vixitq; lam
ech postq̃ genuit noe quĩgẽ
tis nonaginta quĩq; annis:
et genuit filios et filias. Et
facti sunt om̃es dies lamech
septingenti septuaginta septẽ
anni: et mortuus est. Capitulum vi.
Noe vero cũ q̃n
gentor̃ esset ãnor̃:
genuit sem cham
et iaphet. Cumq; cepisset ho
mines multiplicari sup̃ t̃rã
et filias procreassent: videntes
filii dei filias hominũ q̃ essent
pulchre: acceperũt uxores sibi
ex omib; quas elegerãt. Dixit
q; d̃s. Non pmanebit sp̃s
meus in homĩe ĩeternũ: q̃a
caro est. Eritq; dies illius cẽ
tũ viginti annor̃. Gygãtes
aũt erant sup̃ terrã. in dieb;
illis. Postq̃ eñ ingressi sunt

filij dei ad filias hominū il
leq3 genuerūt: isti sunt poten
tes a seculo viri famosi. Vi
dens aūt deus q multa ma
licia hominū esset in terra.
et cuncta cogitatio cordis īten
ta esset ad malū omī tēpore:
penituit eū q hominē fecis
set in terra. Et p̄cauens ī fu
turū et tactus dolore cordis
intrinsecus: delebo inq̄t ho
minē quē creaui a facie t̄re.
ab homīe usq3 ad aīman
tia. a reptili usq3 ad volu
cres celi. Penitet enī me fe
cisse eos. Noe vero īuenit
graciā corā deo. Hee genati
ones s̄ noe. Noe vir iustus
atq3 p̄fectus fuit in genera
tionib3 suis. Cum deo am
bulauit: et genuit tres fili
os. sem. cham. et iaphet.
Corrupta est aūt terra corā
deo: et repleta est iniq̄tate.
Cumq3 vidisset deus terrā esse
corruptā: omīs quippe caro
corruperat viā suā sup t̄rā:
dixit ad noe. Finis vniūse
carnis venit corā me. Re
pleta est t̄ra iniq̄tate a facie
eorū: et ego disp̄dā eos cum
terra. Fac tibi archā de lignis
leuigatis. Mansiūculas in
archa facies: et bitumine li
nies intrinsecus et extrīsecus:
et sic facies eam. Trecentoꝝ
cubitorū erit lōgitudo arche:
q̄nquaginta cubitorū latitudo:
et triginta cubitoꝝ altitudo il
lius. Fenestrā in archa facies:
et in cubito cōsūmabis sum
mitatē eius. Ostiū aūt arche
pones in latere deorsū: cenā
cula et tristega facies in ea.
Ecce ego adducā diluuij aq̄s
sup terrā: ut interficiā omnē
carnē in qua sp̄s vite est sub
ter celū: et vniuersa que in
terra sūt cōsumētur. Ponā
q3 fedus meū tecū: et īgredie
ris archā tu. et filij tui: uxor
tua. et uxores filiorū tuorū
tecū. Et ex cunctis aīmantib3
vniūse carnis. bina iduces
in archā. ut viuāt tecū. mas
culini sexus et feminini. De
volucrib3 iuxta genus suū.
et de iumentis in genere suo.

et ex omni reptili terre secundum ge-
nus suum: bina de omnibus ingre-
dientur tecum: ut possint vivere.
Tolles igitur tecum ex omnibus
escis que mandi possunt: et
comportabis apud te: et erunt
tam tibi quam illis in cibum.
Fecit ergo Capitulum vii.
noe omnia que pre-
ceperat illi deus. Dix-
it quoque dominus ad eum. Ingre-
dere tu et omnis domus tua in
archam. Te enim vidi iustum coram
me in generatione hac. Ex omni-
bus animantibus mundis tolle
septena et septena: masculum
et feminam. De animantibus
vero non mundis duo et duo:
masculum et feminam. Sed et
de volatilibus celi septena et
septena. masculum et feminam:
ut salvetur semen super faci-
em universe terre. Adhuc enim
et post dies septem ego pluam
super terram quadraginta die-
bus et quadraginta noctibus:
et delebo omnem substantiam
quam feci de superficie terre. Fe-
cit ergo noe omnia que man-
daverat ei dominus. Eratque sexcentorum
annorum: quando diluvii aque inun-
daverunt super terram. Et ingressus
est noe et filii eius. uxor eius
et uxores filiorum eius cum eo in
archam: propter aquas dilu-
vii. De animantibus quoque mun-
dis et inmundis. et de volucribus.
et ex omni quod movetur super
terram. duo et duo ingressa sunt
ad noe in archam. masculus
et femina: sicut preceperat deus
noe. Cumque transissent septem dies:
aque diluvii inundaverunt
super terram. Anno sexcentesimo
vite noe mense secundo septimo-
decimo die mensis. rupti sunt
omnes fontes abyssi mag-
ne. et catharacte celi aperte sunt:
et facta est pluvia super terram
quadraginta diebus et quadra-
ginta noctibus. In articulo di-
ei illius ingressus est noe.
et sem. et cham. et iaphet fi-
lii eius. uxor illius. et uxores
filiorum eius cum eis in archam:
ipsi et omne animal secun-
dum genus suum. universaque iu-
menta in genere suo. et omne

quod mouetur sup terram in
genere suo: cunctumque volatile
secundum genus suum. Vniuer
se aues. omnes que volucres
ingresse sunt ad noe in archam:
bina et bina ex omni carne
in qua erat spiritus vite. Et que
ingressa sunt masculus et fe
mina ex omni carne introierunt:
sicut preceperat ei deus: et inclu
sit eum dominus deforis. Factumque
est diluuium quadraginta di
ebus et quadraginta noctibus
sup terram: et multiplicate
sunt aque: et eleuauerunt
archam in sublime a terra.
Vehementer enim inundauerunt:
et omnia repleuerunt in sup
ficie terre. Porro archa fere
batur sup aquas: et aque
preualuerunt nimis sup terram.
Opertique sunt omnes montes
excelsi sub uniuerso celo. Quin
decim cubitis altior fuit aqua
sup montes quos operuerat.
Consumptaque est omnis caro
que mouebatur sup terram:
volucrum animantium. besti
arum. omniumque reptilium que
reptant sup terram. Vniuersique ho
mines et cuncta in quibus spi
raculum vite est in terra: mor
tua sunt. Et deleuit deus om
nem substantiam que erat su
per terram ab homine usque ad
pecus. tam reptile quam volu
cres celi: et deleta sunt de terra.
Remansit autem solus noe et
qui cum eo erant in archa: ob
tinueruntque aque diluuii terras centum
quinquaginta diebus. Capitulum viii.

Recordatus est autem
dominus noe cunctorumque
animantium. et om
nium iumentorum que erant cum
eo in archa: adduxit spiritum su
per terram. et imminute sunt aque.
et clausi sunt fontes abyssi. et
catharacte celi: et prohibite sunt
pluuie de celo. Reuerseque sunt
aque de terra euntes et redeun
tes: et ceperunt minui post cen
tum quinquaginta dies. Requi
euitque archa mense septimo.
vicesima septima die mensis:
sup montes armenie. At vero
aque ibant et decrescebant:
usque ad decimum mensem. De

cimo enĩ mense prima die mē
sis: apparuerũt cacumĩa mō
tiũ. Cumq; trãsissent quadra
ginta dies: apiens noe fenes
trã arche quã fecerat dimisit
corvũ. Qui egrediebat᷑ et nō
revertebat᷑: donec siccarentur
aque sup terrã. Emisit quoq;
colũbã post eũ: ut videret si
iam cessassent aque sup faciē
terre. Que cum nō invenisset
ubi requiesceret pes eius: revẽ
sa est ad eũ in archã. Aque
enĩ erãt sup univsã terrã. Ex
tenditq; manũ: et apprehēsã
intulit in archã. Expectatis
aũt ultra septē dieb; aliis:
rursũ dimisit colũbã ex ar
cha. At illa venit ad eum ad
vesperã: portãs ramũ olive
virentib; foliis in ore suo. In
tellexit ergo noe: q cessassent
aque sup terrã. Expectavitq;
nichilominus septē alios di
es: et emisit colũbã: que nō
est reversa ultra ad eũ. Igit᷑
sexcētesĩo primo ãno vite
noe in primo mense. prima
die mensis: imminute sunt
aque sup trã. Et apiēs noe
tectũ arche aspexit: viditq;
q exsiccata esset sup facies tre.
Mense secũdo. septima et vi
cesima die mensis. arefacta
est tra. Locutus est aũt deus
ad noe dicēs. Egredere de ar
cha tu et uxor tua: filii tui. et
uxores filior tuorũ tecũ. Cũc
ta aĩantia que sũt apud
te ex omĩ carne tã in volati
lib; qm in bestiis et univsis
reptilib; que reptãt sup trã
educ tecũ: et ingredimĩ super
terrã. Crescite et multiplica
mĩ sup eam. Egressus est ergo
noe et filii eius: et uxor illius
et uxores filior eius cũ eo.
Sed et omĩa animãtia. et
iumēta et reptilia que rep
tant sup terrã secundũ genꝰ
suũ de archa egressa sũt. Edi
ficavit aũt noe altare dño:
et tollens de cũctis pecorib;
et volucrib; mũdis. obtulit
holocausta sup altare. Odo
ratus q est dñs odorē suavita
tis: et ait ad eũ. Nequaq̃ ult᷑
maledicã terre ꝓpter hoĩes.

Sensus enim et cogitatio huma-
ni cordis in malum prona sunt:
ab adolescentia sua. Non igitur
ultra percutiam omnem animam viventem
sicut feci. Cunctis diebus terre. se-
mentis. et messis. frigus et estus.
estas et hyems nox et dies non
requiescent. Capitulum nonum.

Benedixitque deus
noe et filiis eius: et
dixit ad eos. Cresci-
te et multiplicamini et implete
terram: et terror vester ac tremor
sit super cuncta animalia terre.
et super omnes volucres celi: cum
universis que moventur in terra.
Omnes pisces maris manui
vestre traditi sunt: et omne quod
movetur et vivit erit vobis
in cibum. Quasi olera virentia
tradidi vobis omnia: excepto
quod carnem cum sanguine non come-
detis. Sanguinem enim animarum
vestrarum requiram de manu cunc-
tarum bestiarum: et de manu ho-
minis. De manu viri et de ma-
nu fratris eius. requiram animam
hominis. Quicunque effuderit hu-
manum sanguinem: fundetur
sanguis illius. Ad ymagi-
nem quippe dei factus est homo. Vos
autem crescite et multiplicamini:
et ingredimini super terram et implete
eam. Hec quoque dixit deus ad
noe: et ad filios eius cum eo.
Ecce ego statuam pactum meum vo-
biscum. et cum semine vestro post vos:
et ad omnem animam viventem
que est vobiscum. tam in volu-
cribus quam in iumentis et pecudi-
bus terre. cunctis que egressa sunt
de archa et universis bestiis terre.
Statuam pactum meum vobiscum:
et nequaquam ultra interficietur
omnis caro aquis diluvii: ne-
que erit deinceps diluvium dissi-
pans terram. Dixitque deus. Hoc
signum federis quod do inter me
et vos. et ad omnem animam
viventem que est vobiscum: in ge-
nerationes sempiternas. Arcum
meum ponam in nubibus: et erit
accersito eo ait. Perspicuum est
quod uxor tua sit. Cur mentitus
es eam sororem tuam esse? Re
spondit. Timui ne morerer
propter eam. Dixitque abime
lech. Quare imposuisti nobis?
Potuit coire quispiam de po
pulo cum uxore tua: et in
duxeras super nos grande pec
catum. Precepitque omni popu
lo dicens. Qui tetigerit ho
minis huius uxorem: mor
te morietur. Sevit autem
ysaac in terra illa: et invenit

ī ipso anno centuplū. Bn̄
dixitqz ei dn̄s: et locuple
tatus est homo: et ibat pro
ficiens atqz succrescens donec
magnus vehementer effect⁹
est. Habuit qz possessiōes
ouiū et armentoꝛ: et familie
plurimū. Ob hoc inuidētes
ei palestini. omnes puteos
quos foderāt serui pr̄is illius
abrahā illo tp̄e obstruxerūt
implentes humo: in tantū
ut ipse abimelech diceret
ad ysaac. Recede a nobis:
qm̄ potencioꝛ nostri factus
es valde. Et ille discedēs ut
veniret ad torrentē gerare
habitaretqz ibi: rursum
fodit alios puteos quos fo
derāt serui patris sui abra
hā: et quos illo mortuo o
lim obstruxerāt philisthijm.
Appellauitqz eos hijsdē noībz:
qbz ante p̄r vocauerat. Foderūtqz
in torrēte: et repperūt aq̄ viuā.
Sz et ibi iurgiū fuit pastorū
gerare aduersū pastores ysaac
dicentiū. Nr̄a ē aq̄. Q̄obrē no
mē putei ex eo qđ acciderat vo

cauit calūpniā. Foderūt et aliū:
et pro illo q̄q̄ rixati st̄. Appellauitqz
eū inimicicias. Profect⁹ inde fodit
aliū puteū: p quo nō contenderūt.
Itaqz vocauit nomē ei⁹ latitudo.
dicēs. Nc̄ qdē dilatauit nos
dominus: et fecit crescere su
per terrā. Ascendit autem
ex illo loco in barsabee: ubi
apparuit ei dn̄s in ipsa noc
te dicens. Ego sum deus abra
ham patris tui. Noli metuere:
quia ego tecū sum: et bndi
cā tibi et multiplicabo semē
tuū. propter seruū meū ab
hā. Itaqz edificauit ibi alta
re dn̄o: et inuocato nomine
dn̄i. extendit tabnaculū. P
cepitqz seruis suis ut foderēt
puteū. Ad quem locū cum
venissent de geraris abime
lech et ochozat amici illius.
et phicol dux militū: locut⁹
est eis ysaac. Quid venistis
ad me hoīnē quē odistis:
et expulistis a vobis? Re
sponderūt. Vidimus tecū
esse dn̄m: et idcirco nunc
diximus. Sit iuramentū

inter nos et ineamus fedus
ut nō facias nobis q̄cq̄m
mali: sicut et nos nichil tu
orū attigim⁹. nec fecimus qđ
te lederet: sed cum pace dimi
simus. auctū bn̄dictione do
mini. Fecit ergo eis cōuiuiū.
Et post cibū et potū surgētes
mane iurauerūt sibi mutuo:
dimisitq3 eos ysaac pacifice
in locū suū. Ecce aūt venerūt
in ipso die servi ysaac: ānū
ciantes ei de puteo quē foderāt
atq3 dicētes. Inuenim⁹ aquā.
Unde appellauit eum habun
dantiā: et nomē urbi imposi
tū est bersabee. usq3 in p̄sentē
diem. Esau vero quadragena
rius duxit uxores. iudith filiā
beer hetthei. et basemath fili
am elon eiusdē loci: que ābe
offenderāt aīmū ysaac et re
Ca. xxvii. becce.
Senuit aūt ysaac. et
caligauerūt oculi
eius: et videre non poterat.
Vocauitq3 esau filiū suū ma
iorem: et dixit ei. Fili mi. Qui
respondit. Assum. Cui pater.

Vides inquit qđ senuerī: et
ignorem diem mortis mee.
Sume arma tua. pharetrā
et arcū: et egredere foras. Cūq3
venatu aliqđ apprehenderis:
fac michi inde pulmentū.
sicut velle me nosti: et affer
michi ut comedā: et bn̄dicat
tibi aīma mea anteq̄m mori
ar. Quod cum audisset rebec
ca. et ille abisset in agrū ut
iussionē p̄ris expleret: dixit
filio suo iacob. Audiui patrē
tuū loquentē cū esau fratre
tuo: et dicentē ei. Affer michi
de venatione tua. et fac cibos
ut comedā: et bn̄dicā tibi co
ram dn̄o anteq̄m moriar. Nūc
ergo fili mi acquiesce cōsiliis
meis: et pgens ad gregē affer
michi duos edos optimos:
ut faciā ex eis escas patri tuo
quibz libenter vescitur. Quas
cū intuleris et cōmederit: bn̄di
cat tibi priusq̄m moriatur. Cui
ille respondit. Nosti qđ esau
frater meus homo pilosus
sit. et ego leuis. Si attrecta
uerit me pater meus et sense

rit: timeo ne putet sibi me
voluisse illudere: et inducat
sup me maledictionē pro be
nedictione. Ad quē mater. In
me sit ait ista maledictio fi
li mi: tantū audi vocē meā.
et pgens affer que dixi. Abijt
et attulit: deditq3 matri. Pa
ravit illa cibos sicut nove
rat velle patrē illius: et ves
tibz esau valde bonis. quas
apud se habebat domi idu
it eū. Pelliculasq3 hedorum
circūdedit manibz: et colli
nuda ptexit. Deditq3 pulmē
tū: et panes quos coxerat t
didit. Quibz illatis dixit.
Pater mi. At ille rn̄dit. Audi
o. Quis es tu fili mi? Dixit
q3 iacob. Ego sum esau pimo
genitus tuus: feci sicut pce
pisti michi. Surge sede. et cōe
de de venatione mea: ut bn̄
dicat michi aīma tua. Rur
sum ysaac ad filiū suū. Quō
modo iquit tam cito iuenire
potuisti fili mi? Qui rn̄dit.
Volūtas dei fuit: ut cito m
occurreret quod volebam.

Dixitq3 ysaac. Accede huc. ut
tangā te fili mi: et probem
utrū tu sis filius meus esau
an non. Accessit ille ad pa
trē: et palpato eo dixit ysaac.
Vox quidē vox iacob est: sed
manus. manus sūt esau. Et
nō cognovit eū: q2a pilose
manus similitudinem maioris
expresserāt. Bndicens ergo il
li ait. Tu es filius meus esau?
Rn̄dit. Ego sum. At ille. Off
inqt michi cibos de venati
one tua fili mi: ut bn̄dicat
tibi aīma mea. Quos cum
oblatos comedisset: obtulit
ei etiā et vinū. Quo hausto:
dixit ad eū. Accede ad me: et
da michi osculū fili mi. Ac
cessit: et osculatus est eum.
Statimq3 ut sensit vestimē
torū illius fraglantiā: bn̄
dicens ait. Ecce odor filij mei
sicut odor agri pleni: cui bn̄
dixit dn̄s. Det tibi deus de ro
re celi et de pinguedie tre habū
dantiā frumēti et vini: et
serviāt tibi ppli: et adorent
te tribus. Esto dn̄s fratrum

tuorum: et incuruentur ante te
filij matris tue. Qui maledix
erit tibi maledictus erit: et
qui benedixerit tibi benedictioni
bus repleatur. Vix ysaac sermo
nem impleuerat: et egresso ia
cob foras venit esau. Coctos
que de venatione cibos intulit
patri dicens. Surge pater
mi. et comede de venatione
filij tui: ut benedicat michi
anima tua. Dixitque illi ysa
ac. Quis enim es tu? Qui respondit.
Ego sum filius tuus primo
genitus esau. Expauit ysaac
stupore vehementi: et ultra quam
credi potest ammirans ait.
Quis igitur ille est qui dudum
captam venationem attulit michi:
et comedi ex omnibus priusquam
tu venires? Benedixique ei: et erit
benedictus. Auditis esau ser
monibus patris. irrugiit clamore
magno: et consternatus ait.
Benedic etiam et michi pater
mi. Qui ait. Venit germanus
tuus fraudulenter: et accepit
benedictionem tuam. At ille subiunx
it. Iuste vocatum est nomen eius

iacob: supplantauit enim me.
en altera vice. Primogenita
mea ante tulit: et nunc secundo
subripuit benedictionem meam.
Rursumque ad patrem. Numquid
non reseruasti ait et michi
benedictionem? Respondit ysa
ac. Dominum tuum illum constitui:
et omnes fratres eius seruitu
ti illius subiugaui. Frumento
et vino stabiliui eum: et tibi
post hec fili mi ultra quid
faciam? Cui esau ait. Num unam
inquit tantum benedictionem ha
bes pater? Michi quoque obse
cro ut benedicas. Cumque eiulatu
magno fleret: motus ysaac
dixit ad eum. In pinguedine terre
et in rore celi desuper. erit bene
dictio tua. Viues gladio: et
fratri tuo seruies. Tempusque
veniet: cum excutias et soluas
iugum eius de ceruicibus tuis.
Oderat ergo semper esau iacob:
pro benedictione qua benedix
erat ei pater. Dixitque in cor
de suo. Veniant dies luctus
patris mei: ut occidam iacob
fratrem meum. Nunciata sunt hec

rebecce. Que mittens et vo
cavit iacob filiū suū: dixit
ad eum. Ecce esau frater tu
us minatur ut occidat te.
Nunc ergo fili audi vocem
meā: et consurgens fuge
ad laban fratrē meū ī aran.
Habitabisque cū eo dies pau
cos: donec requiescat furor
fratris tui. et cesset īdigna
tio eius: obliviscaturque cor
que fecisti in eū. Postea mit
tam: et adducā te inde huc.
Cur utroque orbabor filio ī
una die? Dixitque rebecca
ad ysaac. Tedet me vite me
e: propter filias heth. Si ac
ceperit iacob uxorē de stirpe
huius terre: nolo vivere.

Vnde Capitulum xxviii.

Vocavit itaque ysaac
iacob et bndixit:
precepitque ei dicens. Noli ac
cipere coniugē de genere chana
an: sed vade et proficiscere in
mesopotamiā syrie ad do
mū bathuel patrē matris
tue. et accipe tibi īde uxorē
de filiabus laban avunculi
tui. Deus autē omnipotens
bndicat tibi. et crescere te fa
ciat atque multiplicet. ut sis
in turbas populorū: et det tibi
bndictiones abrahā et semi
tuo post te: ut possideas trā
peregrinationis tue quā pol
licitus est avo tuo. Cumque
dimisisset eum ysaac: pro
fectus venit in mesopota
miā syrie ad laban filiū
bathuel syri fratrē rebecce
mr̄is sue. Videns autē esau
quod bndixisset pater suus ia
cob et misisset eum in me
sopotamiā syrie. ut inde
uxorē duceret. et quod post bn
dictionē precepisset ei dicēs.
nō accipias coniugem de
filiabus chanaan. quod que obe
diens iacob parentibus suis
isset in syriam. probans quoque
quod non libenter aspiceret
filias chanaan pater suus:
ivit ad ysmahelem. et dux
it uxorē absque hys quas
prius habebat. meleth fili
am ysmahel filii abrahā.
sororem nabaioth. Igitur

egressus iacob de barsabee:
pgebat aran. Cumq; uenisset
ad quēdā locū. et uellet ī eo
requiescere post solis occubi
tum: tulit de lapidibꝫ qui
iacebāt. et supponens capi
ti suo dormiuit in eodē loco.
Viditq; in sompnis scalam
stantem sup terrā. et cacu
men illius tangens celū:
angelos quoq; dei ascenden
tes et descendētes per eam: et
dnm innixum scale dicentēq;
sibi. Ego sum dns deus ab
raham patris tui: et deus y
saac. Terrā in qua dormis
tibi dabo et semini tuo: erit
q; germen tuū quasi puluis
terre. Dilataberis ad occidē
tem et orientē. et septentrio
nē et meridiem: et bndicent
in te et in semine tuo cuncte
tribꝫ terre. Et ero custos tuus
quocūq; perrexeris: et reducā
te in terram hanc: nec dimit
tam nisi cōpleuero uniuersa
que dixi. Cumq; euigilasset
iacob de sompno. ait. Uere do
minus est in loco isto: et ego
nesciebā. Pauensq;. quā
terribilis ĩquit est locus is
te: non est hic aliud nisi do
mus dei et porta celi. Surgēs
ergo mane. tulit lapidē quē
supposuerat capiti suo. et e
rexit in titulū. fundensq; ole
um desup. Appellauitq; no
men urbis bethel: que prius
luza uocabat. Uouit etiā
uotū dicens. Si fuerit deus
meū et custodierit me in
uia per quā ambulo. et
dederit michi panē ad ues
cendū. et uestimentū ad in
duendū. reuersusq; fuero
prospere ad domū patris
mei: erit michi dns in deū.
et lapis iste quē erexi in ty
tulū uocabitur domus dei:
cunctorūq; que dederis michi.
decimas et hostias pacificas
offeram tibi. Capitulū xxix.

Profectus ergo ia
cob uenit in terrā
orientalē: et uidit
puteū in agro. tres q; greges
ouiū accubātes iuxta eum.
Nam ex illo adaquabant

pecora: et os eius grandi la
pide claudebatur. Morisque erat
ut cunctis ovibus cōgregatis
devolverent lapidē: et refectis
gregibus rursū sup os putei
ponerent. Dixitque ad pasto
res. Fratres unde estis? Qui
respōderūt. De aran. Quos
īterrogans. nūquid ait nos
tis laban filiū nachor? Dix
erūt. Novimus. Sanus ne est
īquit? Valet īquiūt. Et ecce
rachel filia eius. venit cū gre
ge suo. Dixitque iacob. Adhuc
multū diei supest: nec ē tps
ut reducātur ad caulas gre
ges. Ante date potū ovibus:
et sic ad pastū eas reducite.
Qui responderūt. Nō possu
mus: donec omīa pecora cō
gregētur. et amoveamus
lapidē de ore putei. et adaq̄
mus greges. Adhuc loque
bātur: et ecce rachel veniebat
cū ovibus patris sui. Nā gre
gem ipsa pascebat. Quam
cum vidisset iacob et sciret
cōsobrinā suā. ovesque labā
avūculi sui: amovit lapidē
quo puteus claudebatur. Et
adaquato grege osculatus
est eam. Elevataque voce fle
vit: et īdicavit ei qd frater
esset pris eius et filius rebec
ce. At illa festinās nūciavit
patri suo. Qui cū audisset
venisse iacob filiū sororis
sue: cucurrit ei obviā. Com
plexusque eū. et in oscula ru
ens: duxit in domū suam.
Auditis aūt causis itineris.
respondit. Os meū es et ca
ro mea. Et postq̄ expleti sūt
dies mensis unius: dixit ei.
Num q̄a frater meus es g̃
tis servies michi? Dic quid
mercedis accipias. Habe
bat vero filias duas. Nomē
maioris lya: minor vero
appellabatur rachel. Sed lya
lippis erat oculis: rachel vō
decora facie et venusto asp
tu. Quā diligens iacob ait.
Serviā tibi pro rachel filia
tua minore. septē annis.
Respondit laban. Melius
est ut tibi eam dem: qm̄ viro
alteri. Mane apud me.

Seruiuit igitur iacob pro ra
chel septē annis: et uidebātur
illi pauci dies pre amoris
magnitudīe. Dixitque ad
laban. Da michi uxorem
meā: quia iam tēpus exple
tū est. ut īgrediar ad illam.
Qui uocatis multis amicorum
turbis ad cōuiuiū fecit nup
cias: et uespere filiā suam
lyam īroduxit ad eum: dās
ancillā filie zelpham noīe.
Ad quam cum ex more ia
cob fuisset īgressus: facto ma
ne uidit lyam. et dixit ad
socerū suū. Quid est qđ fa
cere uoluisti? Nōne pro ra
chel seruiui tibi? Quare ly
am īposuisti michi? Rñdit
laban. Non est in loco nostro
cōsuetudīs: ut minores ante
tradamus ad nupcias. Im
ple ebdomadā dierū huius
copule: et hanc quoque dabo
tibi pro opere. quo seruiturus
es michi septē annis aliis.
Acquieuit placito. Et ebdo
mada transacta rachel duxit
uxorē: cui pater seruā balā

dederat. Tandē que potitus op
tatis nupciis amorē sequētis
priori pretulit: seruiens apud
eum septē annis aliis. Vidēs
autem dñs quod despiceret lyam.
aperuit uuluā eius: sorore
sterili pmanēte. Que cōceptū
genuit filiū: uocauitque nomē
eius ruben dicens. Vidit dñs
humilitatē meā: nūc amabit
me uir meus. Rursumque cō
cepit et peperit filiū et ait. Quia
audiuit dñs haberi me con
temptui: dedit eciā istū michi.
Vocauitque nomen eius syme
on. Concepit tercio: et genuit
aliū. Dixitque. Nunc quoque co
pulabitur michi maritus me
us: eo quod pepererī illi tres fili
os. Et idcirco appellauit no
men eius leui. Quarto con
cepit et peperit filiū: et ait.
Modo cōfitebor dño. Et ob
hoc uocauit eū iudā. Cessa
uitque parere. Capitulum xxx.

Cernens autem rachel
quod infecūda esset: in
uidit sorori: et ait
marito suo. Da michi libe

ros: alioqn moriar. Cui ira
tus. respōdit iacob. Nū pro
deo ego sum. qui priuauit
te fructu ventris tui? At illa.
Habeo inqt famulā balā:
ingredere ad illā ut pariat
sup genua mea: et habeā
ex illa filios. Deditq3 illi ba
lam in cōiugiū. Que igres
so ad se viro: cōcepit et pepe
rit filiū. Dixitq3 rachel. Iu
dicauit michi dn̄s: et exau
diuit vocē meā. dans michi
filiū. Et idcirco appellauit
nomē illius dan. Rursūq3
bala cōcipiens. pepit alterū.
Pro quo ait rachel. Cōparauit
me dn̄s cū sorore mea: et in
ualui. Vocauitq3 eū nep
talim. Senciens lya qd parē
desijsset: zelpham ancillā su
am marito tradidit. Qua
post cōceptū edēte filiū dixit.
Feliciter. Et idcirco vocauit
nomē eius gad. Pepit quoq3
zelpha alterū. Dixitq3 lya.
Hoc pro bn̄dictione mea.
Beatā quippe me dicēt mu
lieres. Propterea appellauit
eū azer. Egressus aūt ruben
tēpore messis tritice in agr°
repperit mandragoras quas
matri lye detulit. Dixitq3 ra
chel. Da michi partē de mā
dragoris filij tui. Illa rn̄dit.
Parū ne tibi videtur qd pri
pueris maritū michi: nisi
etiā mandragoras filij mei
tuleris? Ait rachel. Dormi
at inquit tecū hac nocte: p
mandragoris filij tui. Re
deūtiq3 ad vespam de agro
iacob: egressa est in occursū
eius lya. et ait. Ad me iqt
ītrabis: quia mercede con
duxi te pro mandragoris
filij mei. Dormiuit cū ea
nocte illa. Et audiuit deus
preces eius: cōcepitq3 et pepeit
filiū quintū et ait. Dedit de
us mercedē michi: qa dedi an
cillā meā viro meo. Appella
uitq3 nomē eius ysachar. Rur
sum lya cōcipiēs pepit sextū
filiū: et ait. Dotauit me deus
dote bona: etiā hac vice. Me
cū erit maritus meus: eo qd
genuerim ei sex filios. Et id

cero vocavit nomē eius za
bulon. Post quē peperit filiā
nomine dynam. Recordatus
quoque dñs rachelis exaudi
vit eam: et aperuit vulvā
illius. Que cōcepit et peperit
filiū dicens. Abstulit deus
obprobriū meū. Et vocavit
nomē illius ioseph dicens.
Addat michi dñs filiū alterū.
Nato autē ioseph: dixit iacob
socero suo. Dimitte me: ut
revertar in patriā et ad terrā
meā. Da michi uxores et li
beros meos pro quibus servivi
tibi: ut abeam. Tu nosti ser
vitutē qua servivi tibi. Ait
ei laban. Inveniā graciā in
cōspectu tuo. Experimēto di
dici: qd bndixerit michi deus
propter te. Constitue mercedē
tuā: quam dem tibi. At ille
rndit. Tu nosti quomō ser
vierim tibi: et quāta in ma
nibus meis fuerit possessio tu
a. Modicū habuisti antequā
venirē ad te. et nūc dives ef
fectus es: bndixitque tibi do
minus ad introitū meū. Ius
tū est igitur ut provideā aliqñ
eciā domui mee. Dixitque la
ban. Quid dabo tibi? At il
le ait. Nichil volo. Sed si fe
ceris qd postulo: iterū pascā
et custodiā pecora tua. Gi
ra omnes greges tuos. et
separa cunctas oves varias
et sparso vellere: et qdcumque
fuscū et maculosū variūque
fuerit. tam in ovibus quam in
capris erit merces mea. Re
spondebitque michi cras ius
ticia mea: quando placiti tempus
advenerit corā te. Et omnia
que nō fuerint varia et ma
culosa et fusca. tam in ovibus
quam in capris: furti me argu
es. Dixitque laban. Gratum
habeo quod petis. Et separa
vit in die illo capras. et o
ves. et hircos et arietes. vari
os atque maculosos. Cunctū
autē gregē unicolorē id est
albi et nigri velleris tradi
dit in manu filiorū suorū:
et posuit spaciū itineris int
se et generū dierū triū: qui
pascebat reliquos greges eius.

Tollens ergo iacob virgas po
puleas virides. et amigdali
nas et ex platanis: ex parte
decorticauit eas. Detractis q3
corticibꝫ in hys que expolia
ta fuerāt candor apparuit:
illa vero que integra erāt vi
ridia permāserūt. Atq3 ī huc
modū color effectus est va
rius. Posuitq3 eas in cana
libꝫ ubi effundebat aq̄: ut
cū venissēt greges ad biben
dū ante oculos haberēt vir
gas: et in aspectu earū cōn
ciperēt. factūq3 est ut ī ipso
calore coitus oues intuerent
virgas: et parerēt maculo
sa et varia. et diuerso colore
respsa. Diuisitq3 gregē ia
cob: et posuit virgas ante o
culos arietū. Erāt autē alba
queque et nigra laban. cete
ra vero iacob: separatis inter
se gregibꝫ. Igitur quādo p̄
mo tempore ascendebātur
oues: ponebat iacob v̄gas
in canalibꝫ aquarū ante o
culos arietū et ouiū. ut in
earū cōtēplatione cōciperēt.

Quādo vero serotina admis
sura erāt: et cōceptus extre
mus: nō ponebat eas. Fac
taq3 sūt ea que erāt serotina
laban: et que primi tēporis
iacob. Ditatusq3 est homo
ultra modū: et habuit greges
multos. ancillas et seruos. ca
melos et asinos. Capl̄m xxxi.

Postq̄ autē audiuit
verba filiorū la
ban dicentiū. tu
lit iacob omnia que fuerūt
patris nostri. et de illius fa
cultate ditatus factus est
inclitus. animaduertit quoq3
faciē laban q̄ non esset er
ga se sicut heri et nudiuster
tius: maxime dicēte sibi do
mino. Reuertere in terrā patrū
tuorū. et ad generationē
tuā. ero q3 tecū: misit et vo
cauit rachel et lyam in a
grū. ubi pascebat greges.
Dixitq3 eis. Video faciē pris
vri: q̄ non sit erga me sicut
heri et nudiustertius. Deus
autē patris mei fuit mecū:
et ipse nostis q̄ totis viri

bus meis seruierī patri vr̄o.
Sed pater vester circūuenit
me. et mutauit mercedē me
am decem vicibz: et tamen
nō dimisit eum deus ut no
ceret michi. Si quando dixit.
varie erūt mercedes tue: pari
ebāt omēs oues varios fetus.
Quādo vero cōtrario ait. alba
queqz accipies pro mercede:
omēs greges alba pepererūt.
Tulitqz deus substanciā pr̄is
vr̄i et dedit michi. Postqm̄
eñ cōceptus oūm tēpus ad
uenerat: leuaui oculos me
os. et vidi in sōpnis ascen
dētes mares sup feminas va
rios et maculosos. et diuersi
colore. Dixitqz angelus dn̄i
ad me in sōpnis. Iacob. Et ego
respondi. Assū. Qui ait. Leua
oculos tuos: et vide vniuersos
masculos ascendētes sup fe
minas. varios respsos. atqz ma
culosos. Vidi eñ omīa que
fecit tibi laban. Ego sū deus
bethel: ubi vnxisti lapidem.
et votū vouisti michi. Nūc
ergo surge et egredere de terra
hac: reuertens in terrā natiui
tatis tue. Responderūtqz ra
chel et lya. Nūquid habemus
residui quicq̄ in facultatibz
et hereditate domus patris
nostri? Nōne quasi alienas
reputauit nos et vendidit: cōe
ditqz preciū nostrū? Sed deus
tulit opes pr̄is nostri: et nobis
eas tradidit, ac filijs nostris.
Vnde omīa, que precepit tibi
dn̄s fac. Surrexit itaqz iacob:
et impositis liberis ac cōiugi
bus suis sup camelos abijt.
Tulitqz omnē substāciā
suā et greges. et q̄cqd in meso
potamia acquisierat: pergēs
ad ysaac prēm suū in terrā
chanaan. Eo tēpore laban
ierat ad tondendas oues: et
rachel furata est ydola pr̄is
sui. Noluitqz iacob cōfiteri so
cero suo qp fugeret. Cumqz
abijsset tam ipse qm̄ omīa
que iuris eius erāt. et amne
transmisso pgeret cōtra mō
tem galaad: nūciatū est laban
die tercio qp fugeret iacob. Qui
assūptis fratribz suis, psecutus

est eũ diebȝ septẽ: et cõprehendit
eũ in monte galaad. Viditq; in
sõpnis dicentẽ sibi deũ. Caue ne
quicq̃ aspe loquaris contra
iacob. Iamq; iacob extenderat
in mõte tabernaculũ. Cum
ille cõsecutus eum cum fratri
bus suis. in eodem monte ga
laad fixit tentoriũ: et dixit ad
iacob. Quare ita egisti: ut clã
me abigeres filias meas qua
si captiuas gladio? Cur igno
rante me fugere voluisti. nec
îdicare michi: ut psequer te
cũ gaudio. et canticis et tym
panis. et cythara? Nõ es pas
sus. ut oscularer filios meos
et filias. Stulte opẽatus es.
Et nũc quidẽ valet man⁹ mea
reddere tibi malũ: sed deus pa
tris tui heri dixit michi. Caue
ne loquaris cum iacob quicq̃
durius. Esto ad tuos ire cupi
ebas. et desiderio tibi erat do
mus patris tui: cur furatus
es deos meos? Rñdit iacob.
Qđ inscio te pfectus sũ: timui
ne violẽter auferres filias tu
as. Qđ aũt furti me arguis:

apud quẽcũq; inueneris deos tu
os. necet corã fratribȝ nostris.
Scrutare: quicquid apud me
tuorũ inueneris aufer. Hec
dicens: ignorabat q rachel
furata esset ydola. Ingressus
itaq; laban tabernaculũ iacob
et lye. et utriusq; famule nõ
inuenit. Cũq; intrasset tentoriũ
rachelis: illa festinãs abscon
dit ydola subter stramẽta ca
meli. et sedit desup. Scrutãti
q; omne tentoriũ. et nichil in
ueniẽti. ait. Ne irascat dñs
meus q corã te assurgere nequeo:
quia iuxta cõsuetudinẽ femi
narũ nũc accidit michi. Sic
delusa sollicitudo quęrentis est.
Tumensq; iacob. cũ iurgio
ait. Quã ob culpã meã et
ob quod pctm meũ sic exar
sisti post me. et scrutatus es õ
nem supellectilẽ meã? Quid
inuenisti de cũcta substantia do
mus tue? Pone hic corã fratribȝ
meis et fratribus tuis: et iudi
cent inter me et te. Ideo vi
ginti annis fui tecũ: oues tue
et capre steriles nõ fuerũt:

arietes gregis tui nō comedi:
nec captū a bestia ostendi tibi.
Ego dāpnū omē reddebā. Q̄c
quid furto peribat: a me exi
gebas. Die noctuq; estu ure
bar et gelu: fugiebatq; sōpn⁹
ab oculis meis. Sicq; per vi
ginti ānos ī domo tua servivi
tibi: quatuordecī pro filiab;
et sex pro gregib; tuis. Immu
tasti quoq; mercedē meā decem
vicib;. Nisi deus pr̄is mei abra
ham et timor ysaac affuisset
michi: forsitan modo nudū
me dimisisses. Afflictionem
mei et laborē manuū mearū
respexit deus: et arguit te heri.
Respondit ei laban. Filie mee
et filii et greges tui et omnia
que cernis: mea sunt. Quid
possū facere filiis et nepotib;
meis? Veni ergo et ineamus
fedus: ut sit testimoniū int̄
me et te. Tulit itaq; iacob la
pidem: et erexit illū in titulū.
Dixitq; fratrib; suis. Afferte
lapides. Qui cōgregātes fe
cerūt tumulū: cōmederūtq; su
per eum. Quē vocavit laban
tumulus testis. et iacob acervū
testimonii: uterq; iuxta p̄prietatē
lingue sue. Dixitq; laban. Tu
mulus iste testis erit inter me
et te hodie. Et idcirco appella
tū est nomen eius galaad:
id est tumulus testis. Et adie
cit laban. Intueat̄ dn̄s et iudi
cet inter nos. q̄ndo recesserim⁹
a nobis: si afflixeris filias
meas: et si introduxeris uxōes
alias sup eas. Nullus sermo
nis nostri testis est: absq; deo
qui p̄sens respicit. Dixitq; rur
sus ad iacob. En tumulus hic
et lapis quē erexi. inter me et
te testis erit. Tumulus inq̄m
iste et lapis sunt in testimonio.
Si autē ego trāsiero illū pgēs
ad te: aut tu p̄terieris malū
michi cogitans. Deus abrahā
et deus nachor iudicet int̄ nos:
deus pr̄is eorū. Iuravit ergo
iacob per timorē patris sui y
saac. Immolatisq; victimis
in monte: vocavit fratres su
os ut ederēt panē. Qui cum
comedissent: manserūt ibi. La
ban vero de nocte consurgens.

osculatus est filios et filias suas:
et benedixit illis: reversusque est
in locum suum. Capitulum xxxii.
Iacob quoque abiit itinere quo
ceperat: fueruntque ei obviam an
geli dei. Quos cum vidisset ait.
Castra dei sunt hec. Et appella
vit nomen loci illius mana
im. id est castra. Misit autem et
nuncios ante se ad esau fratrem
suum. in terram seyr regionis edom:
precepitque eis dicens. Sic loquimini
domino meo esau. Hec dicit frater
tuus iacob. Apud laban pere
grinatus sum: et fui usque in presen
tem diem. Habeo boves et asi
nos. oves et servos. atque ancil
las: mittoque nunc legationem
ad dominum meum: ut inveniam grati
am in conspectu tuo. Reversique
sunt nuncii ad iacob dicentes.
Venimus ad esau fratrem tuum:
et ecce properat in occursum tibi
cum quadringentis viris. Ti
muit iacob valde: et perterritus
divisit populum qui secum erat. gre
ges quoque et oves et boves. et
camelos in duas turmas di
cens. Si venerit esau ad unam
turmam. et percusserit eam: alia
turma que reliqua est salvabitur.
Dixitque iacob. Deus patris
mei abraham et deus patris mei
ysaac. domine qui dixisti michi
revertere in terram tuam et in lo
cum nativitatis tue. et benefaciam
tibi: minor sum cunctis misera
tionibus tuis. et in veritate tua
quam explevisti servo tuo. In ba
culo meo transivi iordanem istum:
et nunc cum duabus turmis re
gredior. Erue me de manu fra
tris mei. de manu esau. quia
valde eum timeo: ne forte ve
niens percutiat matrem cum filiis.
Tu locutus es quod bene michi
faceres: et dilatares semen meum
sicut arenam maris. que pre mul
titudine numerari non potest.
Cumque dormisset ibi nocte illa:
separavit de hiis que habebat
munera esau fratri suo ca
pras ducentas. hircos viginti.
oves ducentas. arietes viginti.
camelos fetas cum pullis su
is triginta. vaccas quadragin
ta. et tauros viginti. asinas
viginti. et pullos earum decem.

et misit per manus servorum su-
orum singulos seorsum greges. Dix-
itque pueris suis. Antecedite me:
et sit spacium inter gregem et gregem.
Et precepit priori dicens. Si obvi-
am habueris esau fratrem meum.
et interrogaverit te cuius es. et
quo vadis. et cuius sunt ista
que sequeris: respondebis. Servi
tui iacob. Munera misit domino
meo esau: ipse quoque post nos
venit. Similiter mandata dedit
secundo ac tercio: et cunctis qui
sequebantur greges dicens. Hys-
dem verbis loquimini ad esau:
cum inveneritis eum. Et addetis.
Ipse quoque servus tuus iacob.
iter nostrum insequitur. Dixit enim.
Placabo illum muneribus que pre-
cedunt. et postea eum videbo:
forsitan propiciabitur michi. Pre-
cesserunt itaque munera ante eum:
ipse vero mansit nocte illa in
castris. Cumque mane surrexis-
set: tulit duas uxores suas et
totidem famulas cum undecim
filiis. et transivit vadum iaboc.
Transductisque omnibus que ad
se pertinebant: mansit solus.

Et ecce vir luctabatur cum eo usque
mane. Qui cum videret quod eum su-
perare non posset: tetigit nervum
femoris eius. et statim emarcu-
it. Dixitque ad eum. Dimitte me:
iam enim ascendit aurora. Re-
spondit. Non dimittam te: nisi
benedixeris michi. Ait ergo.
Quod nomen est tibi? Respondit
iacob. At ille. Nequaquam inquit
iacob appellabitur nomen tuum: sed
israel. Quoniam si contra deum fortis
fuisti: quanto magis contra homi-
nes prevalebis? Interrogavit eum
iacob. Dic michi quo appellaris
nomine. Respondit. Cur queris
nomen meum quod est mirabile?
Et benedixit ei in eodem loco. Vo-
cavitque iacob nomen loci illius
phanuel dicens. Vidi deum facie
ad faciem: et salva facta est ani-
ma mea. Ortusque est ei statim
sol: postquam transgressus est pha-
nuel. Ipse vero claudicabat
pede. Quam ob causam non come-
dunt filii israel nervum qui emar-
cuit in femore iacob usque in
presentem diem: eo quod tetigerit nervum
femoris eius. et obstupuerit.

Elevans Capitulum xxxiij.
autem iacob oculos
suos: vidit venientem
esau et cum eo quadringentos
viros. Divisitque filios lye et
rachel: ambarumque famularum.
Et posuit utramque ancillam et li
beros earum in principio: lyam
vero et liberos eius in secundo
loco: rachel autem et ioseph no
vissimos. Et ipse progrediens
adoravit pronus in terram septi
es: donec appropinquaret frater
eius. Currens itaque esau obvi
am fratri suo: amplexatus est
eum. Stringensque collum eius
et osculans flevit. Levatisque
oculis vidit mulieres. et par
vulos earum: et ait. Quid sibi
volunt isti: et si ad te pertinent?
Respondit. Parvuli sunt: quos
donavit michi deus servo tuo.
Et appropinquantes ancille et
filii earum: incurvati sunt. Acces
sitque lya cum liberis suis: cum
similiter adorassent: extremi io
seph et rachel adoraverunt. Et ait
esau. Que nam sunt inquit
iste turme: quas obviam ha
bui? Respondit. Ut invenirem
gratiam coram domino meo. Et ille
ait. Habeo plurima frater
mi: sint tua tibi. Dixit iacob.
Noli ita obsecro: sed si inveni
gratiam in oculis tuis: accipe
munusculum de manibus meis.
Sic enim vidi faciem tuam: quasi
viderem vultum dei. Esto michi pro
picius: et suscipe benedictionem
quam attuli tibi: et quam dona
vit michi deus tribuens omni
a. Vix fratre compellente susci
piens ait. Gradiamur simul:
eroque socius itineris tui. Dix
it et iacob. Nosti domine mi quod
parvulos habeam teneros. et
oves ac boves fetas mecum:
quas si plus in ambulando fe
cero laborare: morientur una
die cuncti greges. Precedat dominus
meus ante servum suum: et ego
sequar paulatim vestigia eius.
sicut videro posse parvulos
meos: donec veniam ad dominum
meum in seyr. Respondit esau. Oro
te: ut de populo qui mecum est
saltem socii remaneant vie tue.
Non est inquit necesse. Hoc uno

tantū indigeo: ut inueniā gra
tiā in cōspectu tuo dn̄e mi.
Reuersus est itaq; illo die esau
itinere quo uenerat in seyr. Et
iacob uenit in sochoth. Ubi edi
ficata domo et fixis tentoriis.
appellauit nomē loci illius
sochoth: id ē tabernacula. Transiuit
q; in salem urbē sychimorū q̄
est in terra chanaan. Postq̄
reuersus est de mesopotamia
syrie: et habitauit iuxta opi
dū. Emitq; partē agri in qua
fixerat tabernacula a filiis
emor patris sychem: centū ag
nis. Et erecto ibi altari: inuocauit
sup illud fortissimū deū israel.
[E]gressa Capitulum xxxiiii.
est autē dina filia
lye: ut uideret mulie
res regionis illius. Quā cū
uidisset sychem filius emor e
uei princeps terre illius adama
uit eam et rapuit. et dormiuit
cū illa: ui opprimens uirginē.
Et cōglutinata est aīa eius
cū ea. Tristemq; blandiciis delini
uit. Et pergens ad emor patrē
suū: accipe michi inquit puel
lam hanc cōiugē. Quod cum
audisset iacob absentib; filiis.
et in pastu occupatis pecorē:
siluit donec redirent. Egresso aūt
emor patre sychem. ut loqueret
ad iacob: ecce filii eius ueniebant
de agro. Auditoq; quod accide
rat irati sunt ualde: eo q; fedā
rem esset operatus in israel: et
uiolata filia iacob rem illicitā
perpetrasset. Locutus est itaq; emor
ad eos. Sychem filii mei adhe
sit aīa filie urē. Date eam illi
uxorē: et iungamus uicissim cō
nubia. Filias urās tradite no
bis. et filias nostras accipite:
et habitate nobiscū. Terra in
potestate urā est: exercete. nego
ciamini. et possidete eam. Sed
et sychem ad patrē et ad frēs
eius ait. Inueniā graciā corā
uobis: et quecūq; statueritis
dabo. Augete dotem: munera
postulate. Libens tribuā quod
petieritis: tantū date michi
puellā hanc uxorē. Responderunt
filii iacob sychem et patri eius
in dolo: seuientes ob stuprū
sororis. Non possumus facē

quod petitis. nec dare sororē
nostrā homini incircūciso: quod
illicitū et nephariū est apud
nos. Sed in hoc valebimus
federari. Si esse volueritis nri
similes. et circūcidatur in vobis
omne masculini sexus: tunc
dabimus et accipiemus mutuo
filias nostras ac vestras. et ha-
bitabimus vobiscū: erimusq
unus populus. Si autem circūcidi
nolueritis: tollemus filiam
nostrā et recedemus. Placuit
oblatio eorum emor et sychem fi-
lio eius. Nec distulit adolescēs:
quin statim quod petebatur
expleret. Amabat enim puellā
valde: et ipse erat inclitus in
omni domo patris sui. Ingressiq
portā urbis: locuti sunt populo.
Viri isti pacifici sunt: et volunt
habitare nobiscū. Negocientur
in terra et exerceant eam: que spa-
ciosa et lata est cultoribus indi-
get. Filias eorum accipiemus uxores:
et nostras illis dabimus. Unū
est quo differtur tantū bonum.
Si circūcidamus masculos nos-
tros. ritū gentis imitantes: et
substantia eorum et pecora. et
cuncta que possident nostra erunt.
Tantū in hoc acquiescamus: et
habitantes simul unū efficia-
mus populum. Assensi sunt omnes:
circūcisis cunctis maribus. Et ecce
die tercio quando gravissimus
vulnerū dolor est: arreptis duo
filii iacob. symeon et levi fra-
tres dyne gladiis. ingressi sunt
urbem confidenter. Interfectisq
omnibus masculis. emor et sy-
chem pariter necaverunt: tollē-
tes dynā de domo sychem so-
rorē suā. Quibus egressis. irru-
erunt super occisos ceteri filii ia-
cob: et depopulati sunt urbem
in ultionem stupri. Oves eorum
et armenta et asinos. cunctaque
vastantes que in domibus et in
agris erant: parvulos quoque
et uxores eorum duxerunt captivas.
Quibus patratis audacter: ia-
cob dixit ad symeon et levi.
Turbastis me: et odiosū fecis-
tis chananeis. et pherezeis
habitatoribus terre huius. Nos
pauci sumus: illi congregati
percutient me: et delebor ego et

domus mea. Responderunt.
Numquid ut scorto abuti debu
ere sorore nostra? Capl'm xxxv.
Interea locutus est dominus
ad iacob dicens. Surge
et ascende bethel. et ha
bita ibi: facque altare deo qui
apparuit tibi quando fugiebas
esau fratrem tuum. Iacob vero
convocata omni domo sua a
it. Abicite deos alienos. qui
in medio vestri sunt: et munda
mini ac mutate vestimenta
vestra. Surgite et ascendamus
in bethel. ut faciamus ibi
altare domino. qui exaudivit
me in die tribulationis mee:
et fuit socius itineris mei. De
derunt ergo ei omnes deos alienos
quos habebant: et inaures que
erant in auribus eorum. At ille infodit
ea subter therebintum: que est post
urbem sychem. Cumque profecti essent.
terror domini invasit omnes per
circuitum civitates: et non
sunt ausi persequi recedentes.
Venit igitur iacob luzam que est
in terra chanaan cognomento
bethel: ipse et omnis populus
cum eo. Edificavitque ibi altare:
et appellavit nomen loci illius
domus dei. Ibi enim apparuit ei
deus: cum fugeret fratrem suum. Eo
dem tempore mortua est debbo
ra nutrix rebecce: et sepulta est
ad radices bethel subter quer
cum. Vocatumque est nomen loci
quercus fletus. Apparuit autem
iterum deus iacob postquam reversus
est de mesopotamia syrie: bene
dixitque ei dicens. Non vocabe
ris ultra iacob: sed israel erit
nomen tuum. Et appellavit eum
israel. Dixitque ei. Ego deus om
nipotens. Cresce et multiplicare.
Gentes et populi nationum erunt
ex te. reges de lumbis tuis egredien
tur. Terram quam dedi abraham et
ysaac dabo tibi: et semini tuo
post te. Et recessit ab eo. Ille vero
erexit titulum lapideum in loco quo
locutus ei fuerat deus. libans
super eum libamina. et effundens
oleum: vocans nomen loci
illius bethel. Egressus autem inde:
venit verno tempore ad terram
que ducit ephratam. in qua
cum parturiret rachel: ob diffi-

difficultate partus periclitari ce-
pit. Dixitque ei obstetrix. Noli ti-
mere: quia et hunc habebis fili-
um. Egrediente autem anima pre
dolore et imminente iam morte: vo-
cavit nomen filii sui benoni.
id est filius doloris mei. Pater
vero appellavit eum beniamin.
id est filius dextere. Mortua est
ergo rachel et sepulta est in via
que ducit ephratam: hec est beth-
leem. Erexitque iacob titulum su-
per sepulchrum eius. Hic est titu-
lus monumenti rachel: usque in
presentem diem. Egressus inde fixit
tabernaculum trans turrim gre-
gis. Cumque habitaret in illa re-
gione: abiit ruben et dormivit
cum bala concubina patris sui.
Quod illum minime latuit. Erant
autem filii iacob duodecim. Filii lye.
primogenitus ruben. et symeon.
et levi et iudas et ysachar et za-
bulon. Filii rachel: ioseph et ben-
iamin. Filii bale ancille rache-
lis: dan et neptalim. Filii zel-
phe ancille lye: gad et aser. Hii
filii iacob: qui nati sunt ei in me-
sopotamia syrie. Venit autem
ad ysaac patrem suum in mambre
civitatem arbee. hec est hebron:
in qua peregrinatus est abraham
et ysaac. Et completi sunt dies y-
saac: centum octoginta annorum.
Consumptusque etate mortuus est:
et appositus populo suo. senex et
plenus dierum. Et sepelierunt eum
esau et iacob filii sui. Capitulum
xxxvi.

Hee autem sunt
generationes esau:
ipse est edom. Esau
accepit uxores de filiabus cha-
naan: ada filiam elom hethei.
et oolibama filiam ane filie
sebeon evei. basemath quoque fili-
am ysmahel sororem nabaioth.
Peperit autem ada eliphaz. Ba-
semath genuit rahuel: ooli-
bama edidit iehus et ihelon
et chore. Hii filii esau: qui na-
ti sunt ei in terra chanaan.
Tulit autem esau uxores suas.
et filios et filias. et omnem
animam domus sue. et substan-
tiam et pecora et cuncta que ha-
bere poterat in terra chana-
an. et abiit in alteram regionem:
recessitque a fratre suo iacob.

Diuites erant valde. et
simul habitare nō poterāt:
nec sustinebat eos terra pere-
grinationis eorum pre multitudi-
ne gregū. Habitauitque esau
in mōte seyr: ipse est edom.
Hec autē sunt generationes
esau patris edom in mōte seyr:
et hec nomina filiorum eius. Eli-
phaz filius ade. uxoris esau.
Rauhel quoque filius basemath
uxoris eius. Fueruntque filii eli-
phaz: theman. omar sephu
et gatham. et cenez. et chore.
Erat autē thamna concubina
eliphaz filii esau: que peperit
ei amalech. Hii sunt filii ade
uxoris esau. Filii autem rauhel:
naath et zara. samma. et me-
za. Hii filii basemath uxoris
esau. Isti quoque erant filii ooli-
bama filie ana. filie sebeon.
uxoris esau. quos genuit ei:
yheus. et yhelom et chore. Hii
duces filiorum esau. Filii eliphaz
primogeniti esau: dux theman.
dux omar dux sephu. dux
cenez. dux chore. dux gatham.
dux amalech. Hii filii eliphaz
in terra edom: et hii filii ade.
Hii quoque filii rauhel. filii esau.
Dux naath. dux zara. dux
samma. dux meza. Hii duces
rauhel in terra edom. Isti filii
basemath uxoris esau. Hii
autem filii oolibama uxoris esau:
dux yheus. dux yhelom dux
chore. Hii duces oolibama ux-
oris esau. filie ane. Isti filii e-
sau. et hii duces eorum: ipse est
edom. Isti filii seyr horrei ha-
bitatores terre. Lothan et so-
bal. et sebeon. et anan. dyson
et eser. et dysan. Hii duces hor-
rei filii seyr. in terra edom. Facti
sunt autem filii lotham horrei
et theman. Erat autem soror lo-
tham. thamna. Et isti filii so-
bal: aluan et manaath. et ebal.
sepho et onam. Et hii filii sebe-
on: achaia. et anan. Iste est
anan qui inuenit aquas cali-
das in solitudine: cum pasceret
asinos sebeon patris sui. Habu-
itque filium dysan: et filiam ooliba-
ma. Et isti filii dysan. amdan.
et hesban et iethram et charan.
Hii quoque filii eser: balaan et

zavan. et acham. Habuit aūt
filios dysan: hus et aran. Isti
duces horreorū. Dux lothan.
dux sobal. dux sebeon. dux a
na. dux dyson. dux eser. dux dy
san. Isti duces horreor: qui im
perauerūt in terra seyr. Reges
aūt qui regnauerūt in terra e
dom. antequā haberēt regē filii
israel: fuerūt hii. Balac filius
beor: nomenque urbis eius dena
ba. Mortuus est aūt balac: et
regnauit pro eo iobab filius
zare de bosra. Cumque mortuus
esset iobab: regnauit pro eo
husan de terra themanorum. Hoc
quoque mortuo. regnauit p eo adad
filius badadi. qui percussit madian
in regione moab: et nom urbis eius
aduith. Cumque mortuus esset adad:
regnauit pro eo semla de masrecha.
Hoc quoque mortuo regnauit p eo
saul de fluuio rooboth. Cumque et
hic obisset: successit ī regnū bala
nan filius achobor. Isto quoque mortuo.
regnauit p eo adad: nomen
que urbis eius phoa. Et appella
batur uxor illius meetabel fi
lia matred filie mezaab. Hec
ergo nomina ducū esau: in cog
nationibus et locis. et uocabulis
suis. Dux thamna. dux alua.
dux ietheth. dux oolibama. dux
hela. dux phynon. dux cenez.
dux theman. dux mabsar. dux
magdihel. dux yram. Hii du
ces edom habitantes in terra im
perii sui: ipse est esau pater y
dumeorū. Habitauit aūt ia
cob in terra chanaan. in qua
peregrinatus est pater suus: et
hee sūt generationes eius. Capl'
Ioseph cū sedecim xxxvii.
esset ānor pascebat gre
gem cū fratribus suis ad
huc puer: et erat cū filiis bale
et zelphe uxorū pris sui. Accu
sauitque fratres suos apud pa
trē crimine pessimo. Israel autē
diligebat ioseph sup omnes
filios suos: eo qd in senectute ge
nuisset eū. Fecitque ei tunicā po
limitā. Uidentes aūt fratres eius
qd a patre plus cunctis filiis a
maretur: oderāt eū. nec poterant
ei quicquā pacificē loqui. Accidit
quoque ut uisū sompniū referret
fratribus suis: que causa ma

ioris odii seminarium fuit. Dixitqz
ad eos. Audite sompnium meum quod
vidi. Putabam ligare nos ma-
nipulos in agro: et quasi con-
surgere manipulum meum et sta-
re: vestrosqz manipulos circumstan-
tes adorare manipulum meum.
Responderuntqz fratres eius. Num-
quid rex noster eris: aut subi-
ciemur dicioni tue? Hec ergo cau-
sa sompniorum atqz sermonum: invi-
die et odii fomitem ministravit. A-
liud quoqz vidit sompnium: quod nar-
rans fratribus ait. Vidi per sompnium
quasi solem et lunam et stellas
undecim adorare me. Quod cum patri
suo et fratribus retulisset: increpavit
eum pater et dixit. Quid sibi vult
hoc sompnium quod vidisti? Num
ego et mater tua et fratres tui ado-
rabimus te super terram? Invide-
bant igitur ei fratres sui: pater vero
rem tacitus considerabat. Cumqz
fratres illius in pascendis gre-
gibus patris morarentur in Sychem.
dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt
oves in Sychimis: veni mittam te
ad eos. Quo respondente presto sum:
ait. Vade et vide si cuncta prospera sint
erga fratres tuos et pecora: et renun-
cia michi quid agatur. Missus de val-
le hebron: venit in Sychem. Invenitqz
eum vir errantem in agro: et interrogavit
quid quereret. At ille respondit. Fratres meos
quero: indica michi ubi pascant greges.
Dixitqz ei vir. Recesserunt de loco is-
to. Audivi autem eos dicentes: eamus
in dothaim. Perrexit ergo ioseph
post fratres suos: et invenit eos in
dothaim. Qui cum vidissent eum
procul: antequam accederet ad eos. cogitave-
runt illum occidere: et mutuo loquebantur.
Ecce sompniator venit. Venite occidamus
eum. et mittamus in cisternam veterem:
dicemusqz fera pessima devora-
vit eum. Et tunc apparebit quid
illi prosint sompnia sua. Au-
diens autem hoc ruben. nite-
batur liberare eum de mani-
bus eorum: et dicebat. Non
interficiamus animam eius.
nec effundamus sanguinem:
sed proicite eum ~~in cisternam~~
in cisternam hanc que est in
solitudine: manusqz vestras ser-
vate innocuas. Hoc autem dicebat
volens eripere eum de manibus eorum:
et reddere patri suo. Confestim

igitur ut peruenit ad fratres.
nudauerunt eum tunica talari
et polimita: miseruntque in ci-
sternam que non habebat aquam.
Et sedentes ut comederent panem:
viderunt viatores ysmahelitas
venire de galaad. et camelos
eorum portantes aromata. et re-
sinam. et stacten in egyptum.
Dixit ergo iudas fratribus suis.
Quid nobis prodest si occiderimus
fratrem nostrum: et celauerimus
sanguinem ipsius? Melius est
ut venundetur ysmahelitis: et
manus nostre non polluantur.
frater enim et caro nostra est. Ac-
quieuerunt fratres sermonibus
eius: et pretereuntibus ysmahelitis
negociatoribus extrahentes eum
de cisterna vendiderunt eum ysma-
helitis viginti argenteis. Qui dux-
erunt eum in egyptum. Reuersusque
ruben ad cisternam. non inuenit
puerum: et scissis vestibus pergens
ad fratres suos ait. Puer non
comparet: et ego quo ibo? Tule-
runt autem tunicam eius. et in san-
guine hedi quem occiderant
tinxerunt: mittentes qui ferrent
ad patrem et dicerent. Hanc inue-
nimus: vide utrum tunica filii
tui sit an non. Quam cum agno-
uisset pater ait. Tunica filii
mei est. fera pessima comedit
eum: bestia deuorauit ioseph.
Scissisque vestibus indutus est
cilicio: lugens filium multo tempore.
Congregatis autem cunctis liberis
eius ut leuirent dolorem patris:
noluit consolationem recipere. Et
ait. Descendam ad filium meum
lugens in infernum. Et illo perseue-
rante in fletu madianite vendide-
runt ioseph in egypto phutiphar
eunucho pharaonis magistro
militie. Capitulum xxxviii.

Eo tempore descendens
iudas a fratribus suis:
diuertit ad virum
odollamitem nomine hyram.
Viditque ibi filiam hominis chana-
nei: vocabulo sue. Et uxore ac-
cepta: ingressus est ad eam. Que
concepit et peperit filium: vocauitque
nomen eius her. Rursum conce-
pto fetu: natum filium nominauit
onam. Tertium quoque peperit: quem
appellauit sela. Quo nato: parere

re ultra cessauit. Dedit autē iu-
das uxorē primogenito suo her:
nomine thamar. Fuit q3 her pri-
mogenitus iude nequā in conspc-
tu dn̄i: et ab eo occisus est. Dix-
it ergo iudas ad onam filiū suū.
Ingredere ad uxorē fratris tui
et sociare illi: et suscites semē
fratri tuo. Ille autē sciens non
sibi nasci filios. introiens ad
uxorē fratris sui. semē fundebat
in terrā: ne liberi fratris noīe
nascerentur. Et idcirco percussit eū
dn̄s: quod rem detestabilē faceret.
Quā ob rē dixit iudas thamar nurui
sue. Esto uidua in domo pr̄is
tui donec crescat sela filius meꝰ.
Timebat enī ne et ipse moreret-
sicut fratres eius. Que abijt:
et habitauit in domo patris
sui. Euolutis autē multis diebus:
mortua est sue uxor iude. Qui
post luctū consolatione suscep-
ta: ascendebat ad tonsores oui-
um suarū. ipse et hyras opilio
gregis odollamita in thamnas.
Nuntiatumq3 est thamar: q socer
illius ascenderet in thamnas ad
tondendas oues. Que depositis
uiduitatis uestibus assumpsit theristr.
Et mutato habitu sedit in biuio
itineris quod ducit thamnam: eo
q creuisset sela et nō eū accepis-
set maritū. Quā cū uidisset iu-
das: suspicatus est esse meretricē.
Operuerat enī uultū suū ne cog-
nosceretur. Ingrediensq3 ad eā ait.
Dimitte me: ut coeam tecū. Ne-
sciebat enī q nurus sua esset. Q̄
respondente. quid mihi dabis ut
fruaris concubitu meo? dixit. Mit-
tam tibi hedū de gregibus. Rur-
sumq3 illa dicente. patiar quod uis.
si dederis michi arrabonē donec
mittas quod polliceris: ait iu-
das. Quid uis tibi pro arrabo-
ne dari? Respondit. Anulū
tuū et armillā: et baculū quē
manu tenes. Ad unū igit coitū
concepit mulier: et surgēs abijt.
Depositoq3 habitu quē assump-
serat: induta est uiduitatis ues-
tibus. Misit autē iudas hedū per
pastorē suū odollamitem: ut re-
ciperet pignus quod dederat mulie-
ri. Qui cū non inuenisset eam:
interrogauit hoīes loci illius.
Ubi est mulier que sedebat in

bivio? Respōderunt cuncti: non
fuit in loco isto meretrix. Reu'sus
est ad iudā et dixit ei. Nō inve-
ni eam: sed et hōīes loci illi'
dixerunt michi: nūqm ibi sedis-
se scortū. Ait iudas. Habeat si-
bi. Certe mendacij nos arguere
non poterit. Ego misi hedum
quem pmiserā: et tu non inve-
nisti eam. Ecce aūt post tres
menses nūciaverūt iude dicē-
tes. Fornicata est thamar nu-
rus tua: et videtur uterus illi'
intumescere. Dixit iudas. Pduci-
te eam: ut comburat. Que
cū duceret ad penā: misit ad
socerū suū dicens. De viro cui'
hec sūt cōcepi. Cognosce cuius
sit anulus: et armilla et bacu-
lus. Qui agnitis muneribus
ait. Iustior me est: quia non
tradidi eam sela filio meo.
Attamen ultra nō cognovit
eam. Instante aūt partu: ap-
paruerūt gemini in utero: at-
q; in ipsa effusione infantū
unus ptulit manū: in qua
obstetrix ligavit coccinū dicēs.
Iste egredietur prior. Illo vero re-
trahente manū: egressus est al-
ter. Dixitq; mulier. Quare divi-
sa est ppter te maceria? Et ob
hanc causā vocavit nomen
eius phares. Postea egressus est
frater eius in cuius manu erat
coccinū: quē appellavit zarā.

Capitulū xxxix.

Igitur
ioseph ductus est in e-
gyptū: emitq; eū phu-
tiphar eunuchus pharaonis
princeps exercitus vir egyptius
de manu ysmahelitarū: a qb'
pductus erat. Fuitq; dñs cū eo:
erat vir in cunctis pspere agēs.
Habitabatq; in domo dñi sui:
qui optime noverat dñm esse
cū eo: et omnia que gereret ab
eo dirigi in manu illius. Inve-
nitq; ioseph gratiā corā dño
suo: et ministrabat ei. A quo p'po-
situs omnib; gubernabat creditā
sibi domū: et universa que ei
tradita fuerant. Benedixitq; dñs
domui egyptij propt' ioseph:
et multiplicavit tam in edi-
b; q̄ in agris cunctā eius substā-
tiā. Nec quicq̄ aliud noverat:
nisi panē quo vescebat'. Erat

autem ioseph pulchra facie: et deco-
rus aspectu. Post multos itaque dies i-
ecit domina oculos suos in ioseph: et
ait. Dormi mecum. Qui nequaquam
acquiescens operi nephario: dix-
it ad eam. Ecce dominus meus omnibus
michi traditis ignorat quid ha-
beat in domo sua: nec quic-
quam est quod non sit in mea
potestate vel non tradiderit michi:
preter te que uxor eius es. Quomodo
ergo possum malum hoc facere: et
peccare in deum meum? Huiuscemo-
di verbis per singulos dies lo-
quebatur. et mulier molesta erat
adolescenti: et ille recusabat stu-
prum. Accidit autem ut quadam die
intraret ioseph domum. et operis
quippiam absque arbitris faceret:
et illa apprehensa lacinia vesti-
menti eius diceret. Dormi mecum.
Qui relicto in manu eius pal-
lio: fugit et egressus est foras.
Cumque vidisset mulier vestem in
manibus suis. et se esse contemptam:
vocavit homines domus sue. et
ait ad eos. En introduxit virum he-
breum: ut illuderet nobis. Ingressus
est ad me: ut coiret mecum. Cumque

ego succlamasse et audisset vo-
cem meam: reliquit pallium quod tene-
bam. et fugit foras. In argumen-
tum ergo fidei retentum pallium osten-
dit marito revertenti domum: et a-
it. Ingressus est ad me servus he-
breus quem adduxisti: ut illuderet
michi. Cumque vidisset me clamare:
reliquit pallium quod tenebam et
fugit foras. His auditis dominus
et nimium credulus verbis coniu-
gis: iratus est valde. Tradiditque
ioseph in carcerem ubi vincti regis
custodiebantur: et erat ibi clausus.
Fuit autem dominus cum ioseph: et mi-
sertus illius. dedit ei gratiam in
conspectu principis carceris. Qui
tradidit in manu ipsius univer-
sos vinctos: qui in custodia te-
nebantur. Et quicquid fiebat sub ipso
erat: nec noverat aliquid cunctis
ei creditis. Dominus enim erat cum illo:
et omnia eius opera dirigebat. Ca-

Capitulum xl.

His itaque gestis: accidit
ut peccarent duo eu-
nuchi pincerna regis egypti. et
pistor domino suo. Iratusque pharao
contra eos. nam alter pincernis

pincerat. alter pistoribus: et misit
eos in carcerē principis militū:
in quo erat vinctus et ioseph.
At custos carceris tradidit eos
ioseph: qui et ministrabat eis. A
liquantū tēporis fluxerat: et
illi in custodia tenebant͛. Vide
runtq; ambo sōpniū nocte vna:
iuxta interpretationē cōgruā
sibi. Ad quos cū introisset io
seph mane et vidisset eos tri
stes: sciscitatus est dicens. Cur
tristior est hodie solito facies
vestra? Qui responderūt. Sōpniū
vidimus: et non est qui interprete
tur nobis. Dixitq; ioseph ad e
os. Nūquid nō dei est interpretati
o? Referte michi quid videritis.
Narrauit prior prepositus pincer
narū sōpniū suū. Videbā corā
me vitem in qua erāt tres pro
pagines crescere paulatī in gēmas.
et post flores vuas maturescere:
calicēq; pharaonis in manu
mea. Tuli ergo vuas et expressi
in calicē quem tenebā: et tradi
di poculū pharaoni. Respondit
ioseph. Hec est interpretatio sōp
nii. Tres propagines. tres adhuc
dies sunt post quos recordabit͛
pharao magisterii tui: et resti
tuet te in gradū pristinū. Da
bisq; ei calicē iuxta officiū tu
um. sicut facere ante consueueras.
Tantū memento mei cū bene ti
bi fuerit: et facies mecū miseri
cordiā ut suggeras pharaoni
ut educat me de isto carcere: q̄r
furto sublatus sum de terra he
breorū: et hic innocens in lacū
missus sum. Videns pistorum
magister q̄ prudenter sōpniū
dissoluisset. ait. Et ego vidi sōp
niū q̄ haberē tria canistra fa
rine super caput meū: et in vno
canistro quod erat excelsius por
tare me omnes cibos qui fiunt
arte pistoria: auesq; comedere ex
eo. Respondit ioseph. Hec est interpreta
tio sōpnii. Tria canistra. tres ad
huc dies sunt: post quos auferet
pharao caput tuū: ac suspendet
te in cruce: et lacerabunt volucres
carnes tuas. Exinde dies tercius
natalis pharaonis erat. Qui
faciens grande conuiuiū pueris
suis: recordatus est inter epulas
magistri pincernarū et pistorū

principis. Restituitque alterum in
locum suum ut porrigeret regi pocu
lum: alterum suspendit in patibu
lo: ut coniectoris veritas probare
tur. Et tamen succedentibus prosperis:
prepositus pincernarum oblitus est
interpretis sui. Capitulum xli.

Post duos annos
vidit pharao somp
nium. Putabat se sta
re super flumen: de quo ascendebant
septem boves pulchre et crasse ni
mis: et pascebantur in locis palus
tribus. Alie quoque septem emerge
bant de flumine fede confecteque
macie: et pascebantur in ipsa
amnis ripa in locis virentibus.
Devoraveruntque eas: quarum nul
la species et habitudo corporum
erat. Experrectus pharao rursum
dormivit: et vidit alterum somp
nium. Septem spice pullulabant
in calamo uno: plene atque for
mose. Alie quoque totidem spice
tenues et percusse uredine orieba
[illegible] devorantesque omnem priorum
pulchritudinem. Evigilans pha
rao post quietem et facto mane
pavore perterritus misit ad con

iectores egypti cunctosque sapien
tes. Et audientibus narravit somp
nium: nec erat qui interpretaretur.
Tunc demum reminiscens pincerna
magister ait. Confiteor peccatum
meum. Iratus rex servis suis: me et
magistrum pistorum retrudi iussit
in carcerem principis militum. Ubi
una nocte uterque vidimus somp
nium presagium futurorum. Erat ibi
puer hebreus eiusdem ducis mili
tum famulus: cui narrantes somp
nia. audivimus quicquid post
ea res probavit eventus. Ego enim
redditus sum officio meo: et
ille suspensus est in cruce. Proti
nus ad regis imperium eductum
de carcere ioseph totonderunt: ac
veste mutata obtulerunt ei. Cui
ille ait. Vidi somnia nec est qui
edisserat: que audivi te pruden
tissime conicere. Respondit io
seph. Absque me deus respondebit
prospera pharaoni. Narravit
ergo pharao quod viderat.
Putabam me stare super ripam
fluminis. et septem boves de amne
conscendere pulchras nimis et
obesis carnibus: que in pastu

paludis uirecta carpebāt. Ecce
et has sequebāt alie septē bo-
ues in tantū deformes et macu-
lente: ut nūq̄ tales in terra e-
gipti viderim. Que deuoratis
et consūptis priorib;. nullū
saturitatis dedere vestigiū: sed si-
mili macie et squalore torpe-
bant. Euigilās: rursū sopore
depressus. vidi sōpniū. Septē
spice pullulabāt in culmo v-
no: plene atq; pulcherrime. Ali-
e quoq; septē tenues et percusse
uredine oriebātur e stipula:
que priorū pulchritudinē de-
uorauīt. Narraui coniectori-
b; sōpniū: et nemo est qui e-
dissereret. Respondit ioseph.
Sōpniū regis vnū est. Que
facturus est deus. ostendit pha-
raoni. Septē boues pulchre
et septē spice plene. septē vberta-
tis anni sunt. eandemq; vim
sōpnij cōprehendūt. Septem
quoq; boues tenues atq; ma-
culēte que ascenderūt post eas.
et septē spice tenues et vento
urente percusse. septē anni sūt
venture famis: qui hoc ordine

complebūtur. Ecce septē ānj
venient fertilitatis magne in
vniuersa terra egipti: quos se-
quentur septē anni alij tante
sterilitatis: ut obliuioni tra-
datur cuncta retro habūdantia.
Consūptura est enī fames o-
mnem terrā: et vbertatis mag-
nitudinē perditura inopie mag-
nitudo. Qd̄ aūt vidisti secūdo
ad eandē rem ptinēs sōpniū.
firmitatis indiciū est: eo q fi-
at sermo dei et velocius īpleat.
Nūc ergo prouideat rex virum
sapientē et industriū. et pre-
ficiat eum terre egipti: qui cō-
stituat ppositos per singulas
regiones. et quītam partem
fructuū per septē annos fer-
tilitatis. qui iam nūc futuri
sunt cōgreget in horrea: et
omne frumentū sub pharao-
nis potestate condatur. ser-
ueturq; in urbib;. et pararet
future septē annoꝝ fami q
oppressura est egiptū: et non
consumetur terra inopia. Pla-
cuit pharaoni consiliū: et cūc-
tis ministris eius. Locutusq; est

ad eos. Num inuenire poterimus
talem virum: qui spiritu dei ple
nus sit? Dixit ergo ad ioseph.
Quia ostendit tibi deus omnia
que locutus es. numquid sapien
tiorem et similem tui inuenire po
tero? Tu eris super domum meam:
et ad tui oris imperium cunctus po
pulus obediet. Uno tantum
regni solio te precedam. Dicens
quoque rursum pharao ad io
seph. ecce constitui te super uni
uersam terram egipti: tulit anu
lum de manu sua et dedit eum
in manu eius: vestiuitque eum
stola bissina: et collo torquem
auream circumposuit. Fecitque eum
ascendere super currum suum secundum:
clamante precone. ut omnes coram
eo genu flecterent: et prepositum es
se scirent uniuerse terre egipti. Dix
it quoque rex ad ioseph. Ego sum
pharao. Absque tuo imperio
non mouebit quisquam manum
aut pedem in omni terra egipti.
Uertitque nomen illius: et uoca
uit eum lingua egiptiaca saluato
rem mundi. Dedit quoque illi
uxorem asenez filiam phutipha

re sacerdotis heliopoleos. E
gressus itaque ioseph ad terram e
gipti. triginta autem erat annorum
quando stetit in conspectu regis
pharaonis: et circuiuit omnes
regiones egipti. Uenitque fertili
tas septem annorum: et in manipu
los redacte segetes. congregate sunt
in horrea egipti. Omnis etiam fru
gum habundantia. in singulis urbi
bus condita est. Tantaque fuit
multitudo tritici ut arene maris
coequaretur: et copia mensuram
excederet. Nati sunt autem ioseph
filii duo antequam ueniret fames:
quos ei peperit asenez filia phu
tiphare sacerdotis heliopoleos.
Uocauitque nomen primogeniti
manasse dicens. Obliuisci me
fecit deus omnium laborum meorum:
et domum patris mei. Nomen quoque
secundi appellauit ephraym
dicens. Crescere me fecit deus in
terra paupertatis mee. Igitur tran
sactis septem annis ubertatis qui
fuerant in egipto. ceperunt uenire
septem anni inopie. quos predixerat
ioseph: et in uniuerso orbe fames
preualuit. In cuncta autem terra e

gypti erat fames. Qua esuriente:
clamavit populus ad phara
onem. alimenta petens. Quibus il
le respondit. Ite ad ioseph: et quicquid
vobis dixerit facite. Crescebat
autem cotidie fames in omni terra.
Aperuitque ioseph universa hor
rea. et vendebat egyptiis. nam
et illos oppresserat fames. Om
nesque provincie veniebant in egyp
tum. ut emerent escas. et malum in
opie temperarent. Capitulum xlii.
Audiens autem iacob quod
alimenta venderentur
in egypto: dixit filiis
suis. Quare negligitis? Audi
vi quod triticum venundetur in egypto.
Descendite et emite nobis neces
saria. ut possimus vivere: et non
consumamur inopia. Descenderunt
igitur fratres ioseph decem ut emerent fru
menta in egypto. beniamin do
mi retento ab iacob. qui dixerat
fratribus eius. ne forte in itinere
quicquam patiatur mali: ingressi sunt
terram egypti. cum aliis qui pergebant
ad emendum. Erat autem fa
mes in terra chanaan. et ioseph
erat princeps egypti: atque ad il
lius nutum frumenta populis ven
debantur. Cumque adorassent eum
fratres sui et agnovisset eos:
quasi ad alienos durius loque
batur interrogans eos. Unde venistis?
Qui responderunt. De terra chana
an: ut emamus victui neces
saria. Et tamen fratres ipse
cognosceret: non est agnitus
ab eis. Recordatusque somnio
rum. que aliquando viderat: ait
ad eos. Exploratores estis: ut
videatis infirmiora terre veni
stis. Qui dixerunt. Non est ita
domine: sed servi tui venerunt ut
emerent cibos. Omnes filii uni
us viri sumus. Pacifici veni
mus: nec quicquam famuli tui
machinantur mali. Quibus
ille respondit. Aliter est. Im
munita terre huius considerare
venistis. Et illi dixerunt. Duo
decim inquit servi tui fratres sumus
filii viri unius in terra chana
an. Minimus cum patre nostro
est: et alius non est super. Hoc est
ait quod locutus sum: explo
ratores estis. Iam nunc experi
mentum vestri capiam. Per salutem

pharaonis non egrediemini
hic donec veniat frater vester
minimus. Mittite e vobis unū:
et adducat eū. Vos autē eritis
in vinculis donec pbent̄ que
dixistis: utrū falsa an vera
sint. Alioquī per salutē pha
raonis exploratores estis. Et
tradidit ergo eos custodie tri
bus diebꝫ. Die autē tercio: educ
tis de carcere ait. Facite quod
dixi et vivetis. Deū enī timeo.
Si pacifici estis: frater vester
unus ligetur in carcere. Vos
autē abite et ferte frumenta
que emistis in domos vr̄as:
et fratrē vr̄m minimū ad
me adducite. ut possim ves
tros pbare sermones: et nō
moriamini. Fecerūt ut dixerat:
et locuti sunt ad invicē. Meri
to hec patim̄: quia peccavi
mus in fratrē nostrū. videntes
angustiā anime illius. dū
depcaret̄ nos: et nō audivim᷒
Idcirco venit sup nos ista tri
bulatio. E quibꝫ unus ruben
ait. Nūquid non dixi vobis
nolite peccare in puerū: et nō

audistis me? En sanguis eius
exquirit̄. Nesciebāt autē qꝫ intel
ligeret ioseph: eo qꝫ per interp̄
tem loquebat̄ ad eos. Avertit
qꝫ se parūp et flevit: et reversus
locutus est ad eos. Tollensqꝫ
symeon et ligans illis p̄senti
bus. iussit ministris ut implerēt
saccos eorū tritico: et repone
rent pecunias singulorꝫ in sac
culis suis: datis supra cibariis
in via. Qui fecerūt ita. At illi
portantes frumenta in asinis:
profecti sūt. Apertoqꝫ unus sac
co ut daret iumēto pabulū in
diversorio: contēplatus pecu
niam in ore sacculi. dixit fratribꝫ
suis. Reddita est michi pe
cunia mea: en habetur ī sac
co. Et obstupefacti. turbatiqꝫ
dixerūt mutuo. Quid nā ē
hoc quod fecit nobis deus?
Veneruntqꝫ ad iacob patrem
suū in terra chanaan: et nar
raverūt ei omnia que accidis
sent sibi dicentes. Locutus est
nobis dn̄s terre dure: et pu
tavit nos exploratores esse
provincie. Cui respōdimus.

Pacifici sumus: nec ullas mo
limur insidias. Duodecim fratres
uno patre geniti sumus. V
nus non est super: minimus cum
patre versatur in terra chana
an. Qui ait nobis. Sic pro
babo quod pacifici estis. Fratrem
vestrum unum dimittite apud me.
et cibaria domibus vestris neces
saria sumite et abite: fratrem
que vestrum minimum adducite ad
me. ut sciam quod non sitis ex
ploratores. et istum qui tenetur
in vinculis recipere possitis:
ac deinceps emendi que vultis
habeatis licentiam. His dictis
cum frumenta effunderent singuli:
repperierunt in ore saccorum liga
tas pecunias. Exterritisque simul
omnibus: dixit pater iacob. Absque
liberis me esse fecistis. Ioseph non
est super: symeon tenetur in vincu
lis: beniamyn auferetis. In
me hec mala omnia reciderunt.
Cui respondit ruben. Duos filios
meos interfice: si non reduxero illum
tibi. Trade eum in manu mea: et ego
eum tibi restituam. At ille. Non descen
det inquit filius meus vobiscum. Frater eius

mortuus est: ipse solus remansit.
Si quid ei adversi acciderit in terra
ad quam pergitis: deducetis canos
meos cum dolore ad inferos. Capitulum xliii.

Interim fames om
nem terram vehementer pre
mebat. Consumptisque ci
bis quos ex egipto detulerant:
dixit iacob filiis suis. Reuer
timini: et emite nobis paulu
lum escarum. Respondit iudas. De
nunciavit nobis vir ille sub
testificatione iurandi dicens.
Non videbitis faciem meam: nisi
fratrem vestrum minimum adduxeri
tis vobiscum. Si ergo vis mit
tere eum nobiscum: pergemus pariter:
et ememus tibi necessaria.
Si autem non vis: non ibimus.
Vir enim ut sepe diximus denun
ciavit nobis dicens. Non vi
debitis faciem meam: absque fra
tre vestro minimo. Dixit eis israel.
In meam hoc fecistis miseriam:
ut indicaretis ei et alium habere
vos fratrem. At illi responderunt. Inter
rogavit nos homo per ordinem
nostram progeniem: si pater viveret:
et si haberemus fratrem: et nos re

spondim⁹ ei consequenter iuxta
id quod fuerat sciscitatus. Nū
quid scire poteram⁹ q̄ dicturus
esset. adducite vobiscū fratrē
vrm̄? Judas quoq; dixit patri
suo. Mitte puerū mecū ut pfi
ciscam̄ et possimus vivere: ne
moriam̄ nos et parvuli nr̄i.
Ego suscipio puerū: de manu
mea require illū. Nisi reduxe
ro et tradidero eū tibi: ero pcc̄i
in te reus omī tēpore. Si nō
intercessisset dilatio: iam vice
altera venissemus. Igit̄ israel
pater eoꝝ dixit ad eos. Si sic
necesse est: facite quod vultis.
Sumite de optimis terre frugi
bus in vasis vr̄is. et deferte vi
ro munera: modicū resine et
mellis. et storacis. et stactes.
et therebinti. et amigdalarū.
Pecuniamq; duplicē ferte vo
biscū: et illā quā invenistis ī
sacculis reportate: ne forte er
rore factū sit. Sed et fratrē
vrm̄ tollite et ite ad virū. De
us aūt meus omps faciat
vobis eum placabilē: et re
mittat vobiscū fratrē vestrū

quem tenet in vinculis: et hūc
beniamin. Ego aūt quasi
orbatus absq; liberis ero. Tu
lerūt ergo viri munera et pe
cuniā duplicē: et beniamin.
Descenderūtq; in egiptū. et ste
terūt corā ioseph. Quos cum
ille vidisset et beniamin si
mul: pcepit dispensatori do
mus sue dicens. Introduc vi
ros domū: et occide victimas.
et īstrue cōviviū: qm̄ hodie
mecū sunt comessuri meridi
e. Fecit ille sicut sibi fuerat
imperatū: et īntroduxit vi
ros domū. Ibiq; exterriti dix
erūt mutuo. Propter pecu
niā quā retulimus prius ī
saccis nostris īntroducti sum⁹
ut devolvat in nos calūp
niā: et violēter subiciat ser
vituti et nos et asinos nr̄os.
Quāobrem in ipsis foribꝫ
accedētes ad dispensatorem.
locuti sunt. Oramus dn̄e
ut audias. Iam ante descē
dimus: ut emerem⁹ escas.
Quibꝫ emptis. cū venissem⁹
ad diversoriū. aperuim⁹ saccu

los nostros : et invenimus
pecuniam in ore saccorum: quam
nunc in eodem pondere reportavi
mus. Sed et aliud attulimus
argentum: ut emamus que ne
cessaria nobis sunt. Non est in
nostra conscientia: quis eam po
suerit in marsupiis nostris. At il
le respondit. Pax vobiscum: nolite ti
mere. Deus vester et deus patris
vestri dedit vobis thesauros in
sacculis vestris. Nam pecuniam
quam dedistis michi probatam
ego habeo. Eduxitque eos ad
symeon. Et introductis domum
attulit aquam : et laverunt pedes
suos: deditque pabula asinis eorum.
Illi vero parabant munera: do
nec ingrederetur ioseph meridie. Au
dierant enim: quod ibi comesturi es
sent panem. Igitur ingressus est
ioseph domum suam : obtulerunt
que ei munera tenentes in manibus:
et adoraverunt proni in terram.
At ille clementer resalutatis eis:
interrogavit eos dicens. Sanus
ne est pater vester senex : de quo
dixeratis michi? Adhuc vivit?
Qui responderunt. Sospes est servus
tuus pater noster : adhuc vi
vit. Et incurvati adoraverunt
eum. Attollens autem oculos io
seph. vidit beniamin fratrem
suum uterinum : et ait. Iste est fra
ter vester parvulus : de quo
dixeratis michi? Et rursum.
Deus inquit misereatur tui fili
mi. Festinavitque in domum quia
commota fuerant viscera eius
super fratre suo et erumpebant la
crime: et introiens cubiculum
flevit. Rursusque lota facie e
gressus continuit se et ait. Po
nite panes. Quibus appositis:
seorsum ioseph et seorsum fratribus:
egiptiis quoque qui vescebantur
simul seorsum. Illicitum enim est
egiptiis comedere cum hebreis:
et prophanum putant huiuscemo
di convivium. Sederunt ergo coram
eo. primogenitus iuxta primo
genita sua: et minimus iuxta
etatem suam. Et mirabantur ni
mis. sumptis partibus quas ab
eo acceperant. Maiorque pars
venit beniamin: ita ut quinque
partibus excederet. Biberuntque:
et inebriati sunt cum eo. Ca. xliiii.

Precepit autem ioseph
dispensatori domus
sue dicens. Imple
saccos eorum frumento quantum
possunt capere: et pone pecuni-
am singulorum in summitate
sacci. Sciphum autem meum argen-
teum. et precium quod dedit triti-
ci: pone in ore sacci iunioris.
Factumque est ita. Et orto mane:
dimissi sunt cum asinis suis.
Iamque urbem exierant: et pro-
cesserant paululum. Tunc ioseph ac-
cersito dispensatore domus a-
it. Surge inquit persequere viros:
et apprehensis dicito. Quare
reddidistis malum pro bono?
Sciphum quem furati estis. ip-
se est in quo bibit dominus meus:
et in quo augurari solet. Pes-
simam rem fecistis. Fecit ille ut
iusserat: et apprehensis per or-
dinem locutus est. Qui responderunt.
Quare sic loquitur dominus noster:
ut servi tui tantum flagicium com-
miserint? Pecuniam quam invenimus
in summitate saccorum repor-
tavimus ad te de terra chana-
an. et quomodo consequens est

ut furati simus de domo domini
tui aurum vel argentum? Apud
quemcumque fuerit inventum servorum
tuorum quod queris moriatur: et
nos servi erimus domini nostri. Qui
dixit eis. Fiat iuxta vestram senten-
tiam. Apud quemcumque fuerit inven-
tum. ipse sit servus meus: vos autem
eritis innoxii. Itaque festinato de-
ponentes in terra saccos: ape-
ruerunt singuli. Quos scruta-
tos incipiens a maiore usque
ad minimum: invenit sciphum in
sacco beniamin. At illi scissis
vestibus oneratisque rursum asi-
nis: reversi sunt in oppidum. Primus-
que iudas cum fratribus ingressus
est ad ioseph: needum enim de loco
abierat. Omnesque ante eum in
terram pariter corruerunt. Quibus
ille ait. Cur sic agere voluistis?
An ignoratis quod non sit similis
mei in augurandi scientia?
Cui iudas. Quid respondebimus
inquit domino meo. vel quid loquemur:
aut iuste poterimus obtendere?
Deus invenit iniquitatem servorum
tuorum. En omnes servi sumus
domini mei: et nos et apud quem

inuentus est ciphus. R̄ndit ioseph.
Absit a me ut sic agam. Qui
furatus est ciphū ipse sit seru⁹
meus: vos aut̄ abite liberi ad
patrē vr̄m. Accedens propius
iudas: confidenter ait. Oro dn̄e
mi. loquat̄ seruus tuus v̄bū
in auribꝫ tuis: et ne irascaris
famlō tuo. Tu es eni post pha
raonē dn̄s meus. Interrogasti
prius seruos tuos. Habetis pa
trem aut fratrē? Et nos respō
dimus tibi dn̄o meo. Est nob̄
pater senex: et puer paruulꝰ
qui in senecta illius natus est.
cuius uterinus frat̄ est mortu
us: et ipm solū habet mater sua.
Pater vero tenere diligit eū. Dix
istiqꝫ seruis tuis. Adducite eum
ad me: et ponā oculos meos su
per illū. Suggessimus tibi dn̄o
meo. Non potest puer relinq̄re
patrē suū. Si eni illū dimiserit
moriet̄. Et dixisti seruis tuis. Ni
si venerit frater vester mini
mus vobiscum: non videbitis
āplius faciem meā. Cū ergo
ascendissemus ad famulū
tuū patrē nr̄m: narrauimus
ei omnia que locutus est dn̄s
meus. Et dixit pater noster.
Reuertimini: et emite nobis pa
rū tritici. Cui diximus. Ire nō pos
sumus. Si frater noster mi
nimus descenderit nobiscū: pfi
ciscem̄ simul. Alioquin illo ab
sente: non audemus videre fa
ciem viri. Ad que ille respon
dit. Vos scitis q̄ duos genuit
michi filios uxor mea. Egres
sus est vnus: et dixistis besti
a deuorauit eum: et hucusqꝫ
non cōparet. Si tuleritis et
istū. et aliquid ei in via cōti
gerit: deducetis canos meos
cū merore ad inferos. Igitur
si intrauero ad seruū tuū prēm
nostrū et puer defuerit. cum
āima illius ex huius āima
dependeat. videritqꝫ eum nō
esse nobiscū moriet̄: et dedu
cent famuli tui canos eius
cum dolore ad īferos. Ego p
prie seruus tuus sim: qui in
meā hunc recepi fidem. et spo
spondi dicens. Nisi reduxero eū:
pctī reus ero in prēm meū oī
tēpore. Manebo itaqꝫ seruus

tuus pro puero in ministeriū
dñi mei: et puer ascendat cū
fratribz suis. Non enī possum
redire ad patrē meū absente
puero: ne calamitatis que
oppressura est patrē meum
testis assistā. Capitulū xlv.

Non se poterat ult'
cohibere ioseph: mul
tis corā astantibz.
Unde precepit ut egrederētur
cūcti foras: et nullus īteresset
alienus agnitioni mutue.
Elevavitqz vocē cum fletu:
quam audierūt egiptij. om
nisqz domus pharaonis. Et
dixit fratribz suis. Ego sum
ioseph. Adhuc pater meus vi
vit? Nec poterāt respondere
fratres: nimio terrore pterriti.
Ad quos ille clemēter. Accedi
te inquit ad me. Et cum acces
sissent prope: ego sum ait
ioseph frater vester quem vē
didistis in egiptū. Nolite pa
vere: nec vobis durū esse vi
deatur qđ vendidistis me in
hys regionibz. Pro salute
enim vrā misit me deus an
te vos in egiptū. Biennium est
qđ fames esse cepit in terra: et
adhuc quinqz anni restāt qbz
nec arari poterit nec meti. P
misitqz me deus ante vos ut
reservemini sup terrā: ut escas
ad vivendū habere possitis.
Non vrō consilio. sed dei huc
volūtate missus sum: qui fe
cit me quasi patrē pharao
nis. et dñm universe domus eī
ac principē in omī terra egip
ti. Festinate et ascendite ad
patrē meū: et dicetis ei. Hec
mandat filius tuus ioseph
Deus me fecit dñm universe
terre egipti. Descende ad me
ne moreris: et habita in t'
ra gessen: erisqz iuxta me tu
et filij tui. et filij filiorz tuorz.
oves tue et armēta tua et u
niversa que possides. ibiqz te
pascā. Adhuc enī quinqz āni
residui sunt famis: ne et tu
pereas et domus tua. et om
nia que possides. En oculi
vrī et oculi fratris mei ben
iamin vident: qđ os meū
loquatur ad vos. Nunciate

patri meo uniūsam gloriā
meā: et cūcta que vidistis in
egipto. Festinate. et adducite
eum ad me. Cūq; āplexatus
recidisset in collū beniamin
fratris sui flevit: illo quoq;
flente similiter sup collū eius.
Osculatusq; est ioseph omnes
fratres suos: et ploravit sup
singulos. Post que ausi sunt
loqui ad eum. Auditumq; est:
et celebri sermone vulgatū
in aula regis. Venerunt fratres
ioseph. Et gavisus est pharao:
atq; omnis familia eius. Dixit
q; ad ioseph: ut imperaret fra
trib; suis dicens. Onerantes iumē
ta ite in terrā chanaan. et tol
lite īde patrē vestrū. et cogna
tionē et venite ad me: et ego
dabo vobis omnia bona egip
ti. ut comedatis medullā terre.
Precipe etiā ut tollant plaustra
de terra egipti ad subvectionē
parvulorum suorum et coniugū:
ac dicito. Tollite patrē vestrum
et pperate. quantocius venientes:
ne dimittatis quicquam de suppel
lectili vestra: quia omnes opes
egipti vestre erunt. Feceruntq; filij isrl'
ut eis mandatū fuerat. Quib;
dedit ioseph plaustra secundū
pharaonis imperiū. et cibaria
in itinere: singulisq; pferri
iussit binas stolas. Beniamin
vero dedit trecentos argenteos
cum quinq; stolis optimis: tan
tundem pecunie et vestiū mittens
patri suo: addens et asinos
decē qui subveherent ex omnib;
divicijs egipti: et totidē asinas
triticū in itinere panesq; por
tantes. Dimisit ergo fratres
suos: et pficiscentib; ait. Ne
irascamini in via. Qui ascenden
tes ex egipto venerunt in terrā
chanaan ad patrē suū iacob:
et nunciaverunt ei dicentes. Jo
seph filius tuus vivit: et ipse
dnātur in omni terra egipti.
Quo audito iacob quasi de
gravi sompno evigilans: tamē
non credebat eis. Illi contra
referebant omnē ordinē rei. Cū
q; vidisset plaustra et univer
sa que miserat: revixit spiritus
eius et ait. Sufficit michi: si
adhuc ioseph filius meus vi

uit. Vadam et videbo illū an
teq̄ moriar. Capitulū xlvi.
Profectus q3 israel
cum omnibz que ha
bebat: venit ad
puteū iuramēti. Et mactatis
ibi victimis deo patris sui y
saac: audiuit eum per visi
onē nocte. vocantē se et dicē
tem sibi. Iacob iacob. Cui re
spondit. Ecce assum. Ait illi
deus. Ego sum fortissimus de
us patris tui. Noli timere. Et
descende in egiptū: quia ī gē
tem magnā faciā te ibi. Ego
descendā tecū illuc: et ego inde
adducā te reuertentē. Ioseph
quoq3 ponet manū suā sup
oculos tuos. Surrexit iacob
a puteo iuramēti: tuleruntq3
eum filij sui cum paruulis
et uxoribz suis in plaustris q̄
miserat pharao ad portādū
senem et omīa que possederat
in terra chanaan. Venitq3
in egiptū cum omī semine su
o: filij eius et nepotes. filie et
cuncta simul ꝓgenies. Hec sūt
autē nomina filiorum israel. qui
ingressi sunt in egiptū: ipse cū
liberis suis. Primogenitus ru
ben. Filij ruben: enoch et phal
lu. et esrom. et charmi. Filij sy
meon: iamuel et iamin et ahod.
et iachim et saher. et saul fili
us chananitidis. Filij leui:
gerson chaath et merari. Filij
iuda: her et onam. et sela. et
phares et zara. Mortui sunt
autē her et onam in terra cha
naan. Natiq3 sūt filij phares:
esrom et amul. Filij ysachar:
thola et phua et iob et semron.
Filij zabulon: sared et helon et
iahelel. Hij filij lye: quos genu
it in mesopotamia syrie. cū
dyna filia sua. Omēs anime
filiorum eius et filiarū triginta
et tres. Filij gad: sephion et
aggi. suni et esebon. heri et
arodi et areli. Filij aser: iam
ne. et iesua. et iesui. et beria.
sara quoq3 soror eorum. Filij be
ria: heber et melchiel. Hij filij
zelphe quam dedit laban
lye filie sue: et hos genuit ia
cob sedecim animas. Filij ra
chel uxoris iacob: ioseph et

beniamin. Natique sunt ioseph
filii in terra egipti. quos genu
it ei aseneth filia phutiphares
sacerdotis heliopoleos: manas
ses et ephraym. Filii beniamin:
bela et bechor. et asbel. gera
et naaman. et ichi et ros. mo
phim et opphim et ared. Hii
filii rachel: quos genuit iacob.
Omnes anime quatuordecim. Fi
lii dan: usim. Filii neptalim:
iasihel et guni et ieser et sallem.
Hii filii bale. quam dedit laban
racheli filie sue. et hos genuit
iacob: omnes anime septem. Cunc
teque anime que ingresse sunt cum
iacob in egiptum et egresse sunt
de femore illius absque uxoribus
filiorum: sexaginta sex. Filii autem
ioseph qui nati sunt ei in terra
egipti: anime due. Omnis ani
ma domus iacob que ingressa
est egiptum: fuere septuaginta.
Misit autem iacob iudam ante
se ad ioseph ut nunciaret ei:
et ille occurreret in gessen. Quo
cum pervenisset: iuncto ioseph
curru suo. ascendit obviam
patri suo ad eundem locum. Vi
densque eum irruit super collum
eius: et inter amplexus flevit.
Dixitque pater ad ioseph. Iam
letus moriar: quia vidi faciem
tuam: et superstitem te relinquo.
Et ille locutus est ad fratres su
os: et omnem domum patris sui.
Ascendam et nunciabo pharao
ni: dicamque ei. Fratres mei et do
mus patris mei qui erant in
terra chanaan venerunt ad
me: et sunt viri pastores ovi
um. curamque habent alendorum
gregum. Pecora sua et armenta
et omnia que habere potuerunt:
adduxerunt secum. Cumque vocaverit
vos et dixerit quod est opus
vestrum: respondebitis. Viri pastores
sumus servi tui ab infantia
nostra usque in presens: et nos
et patres nostri. Hec autem dice
tis ut habitare possitis in ter
ra gessen. quia detestantur egip
tii omnes pastores ovium. Ca. xlvii.

Ingressus ergo ioseph:
nunciavit pharaoni di
cens. Pater meus et fra
tres. oves eorum et armenta et
cuncta que possident venerunt

de terra chanaan: et ecce consi-
stunt in terra gessen. Extremos
quoque fratrum suorum quinque viros
statuit coram rege. Quos ille in-
terrogavit. Quid habetis o-
peris? Responderunt. Pastores
ovium sumus servi tui: et nos
et patres nostri. Ad peregrinan-
dum in terra tua venimus: quo-
niam non est herba gregibus ser-
vorum tuorum. ingravescente fame
in regione chanaan: petimus-
que ut esse nos iubeas servos
tuos in terra gessen. Dixit i-
taque rex ad ioseph. Pater tuus
et fratres tui venerunt ad te.
Terra egipti in conspectu tu-
o est: in optimo loco fac ha-
bitare eos. et trade eis terram
gessen. Quod si nosti esse in eis
viros industrios: constitue il-
los magistros pecorum meorum.
Post hec introduxit ioseph pa-
trem suum ad regem: et statuit eum
coram eo. Qui benedicens ei: et
interrogatus ab eo quot sunt
dies annorum vite tue. respon-
dit. Dies peregrinationis vite
mee centum triginta annorum

sunt parvi et mali: et non perve-
nerunt usque ad dies patrum me-
orum quibus peregrinati sunt. Et
benedicto rege: egressus est fo-
ras. Ioseph vero patri et fratri-
bus suis dedit possessionem in
egipto. in optimo terre solo
ramesses. ut preceperat phara-
o: et alebat eos. omnemque do-
mum patris sui prebens cibaria
singulis. In toto enim orbe pa-
nis deerat: et oppresserat fa-
mes terram. maxime egipti et
chanaan. Ex quibus omnem
pecuniam congregavit pro ven-
ditione frumenti: et intulit eam
in erarium regis. Cumque defecisset
emptoris precium: venit cuncta
egiptus ad ioseph dicens. Da
nobis panem. Quare morimur
coram te deficiente pecunia? Quibus
ille inquit. Adducite pecora
vestra: et dabo vobis pro eis ci-
bos. si precium non habetis.
Que cum adduxissent: dedit
eis alimenta pro equis et ovi-
bus. et bubus et asinis. Susten-
tavitque eos illo anno: pro com-
mutatione pecorum. Venerunt

quoque anno secundo: et dixerunt ei. Non celamus dominum nostrum quod deficiente pecunia et pecora simul defecerunt: nec clam te est quod absque corporibus et terra nichil habemus. Cur ergo morimur te vidente? Et nos et terra nostra tui erimus. Eme nos in servitutem regiam: et prebe semina: ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igitur ioseph omnem terram egypti: vendentibus singulis possessiones suas pre magnitudine famis. Subiecitque eam pharaoni et cunctos populos eius a novissimis terminis egypti usque ad extremos fines eius: preter terram sacerdotum que a rege tradita fuerat eis: quibus et statuta cibaria et horreis publicis prebebantur. Et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad populos. En ut cernitis: et vos et terram vestram pharao possidet. Accipite semina et serite agros: ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis. quatuor reliquas permitto vobis in sementem et in cibos familiis et liberis vestris. Qui responderunt. Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum dominus noster: et leti serviemus regi. Ex eo tempore usque in presentem diem in universa terra egypti regibus quinta pars solvitur: et factum est quasi in legem: absque terra sacerdotali que libera ab hac conditione fuit. Habitavit ergo israel in egypto id est in terra gessen. et possedit eam: auctusque est et multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem et septem annis. Factique sunt omnes dies vite illius: centum quadraginta septem annorum. Cumque appropinquare cerneret mortis sue diem: vocavit filium suum ioseph et dixit ad eum. Si inveni gratiam in conspectu tuo: pone manum tuam sub femore meo et facies michi misericordiam et veritatem. ut non sepelias me in egypto: sed dormiam cum patribus meis: et auferas me de hac terra.

condasq; in sepulchro maio
rũ. Cui respõdit ioseph. Ego
faciã quod iussisti. Et ille. Iu
ra ergo inquit michi. Quo iu
rante: adorauit israel deũ. cõ
uersus ad lectuli caput. Cap
H ys ita trans xlviij.
actis: nũciatũ est
ioseph q̄ egrotaret
pater eius. Qui assũptis du
obus filijs suis manasse et
ephraym: ire perexit. Dictũq;
est seni. Ecce filius tuus ioseph
uenit ad te. Qui cõfortatus se
dit in lectulo: et ingresso ad se
ait. Deus omĩpotẽs apparuit
michi in luza. que est in terra
chanaan: bñdixitq; michi et
ait. Ego te augebo et multipli
cabo. et faciã in turbas p̄plor:
daboq; tibi terrã hanc et semi
ni tuo post te. in possessionẽ
sempiternã. Duo igitur filij
tui qui nati sunt tibi in terra
egypti anteq̃ huc uenirem ad
te: mei erunt. ephraym et ma
nasses sicut ruben et symeon
reputabũtur michi. Reliquos
autẽ quos genueris post eos
tui erunt: et nomĩe fratrũ suo
rũ uocabunt̃ in possessionibz
suis. Michi enĩ quando ueniẽ
bam de mesopotamia mortu
a est rachel in terra chanaan:
in ipso itinere. Eratq; uernũ
tempus: et ĩgrediebar ephra
tam. Et sepeliui eam iuxta ui
am ephrate: que alio nomĩe
appellat̃ bethleem. Uidens au
tem filios eius: dixit ad eum.
Qui sunt isti? Respondit. Fi
lij mei sunt: quos dedit michi
deus in hoc loco. Adduc inq̃t
eos ad me: ut bñdicã illis.
Oculi enim israel caligaue
rant. pre nimia senectute: et
clare uidere non poterat. Ap
plicatosq; ad se deosculatus et
circũplexus eos: dixit ad filiũ.
Non sum fraudatus a cõspec
tu tuo. insuper ostendit michi
deus semen tuũ. Cumq; tulis
set eos ioseph de gremio p̄ris.
adorauit pronus in terram:
et posuit ephraym ad dexterã
suam. id est ad sinistrã israel:
manassen uero in sinistra sua.
ad dexterã scilicet patris. Appli

autque ambos ad eum. Qui exten-
dens manum dexteram posuit super
caput ephraym iunioris fra-
tris: sinistram autem super caput
manasse qui maior natu
erat: commutans manus. Be-
nedixitque ioseph filio suo: et
ait. Deus in cuius conspectu
ambulaverunt patres mei abra-
ham et ysaac. deus qui pas-
cit me ab adolescentia mea
usque in presentem diem. ange-
lus qui eruit me de cunctis
malis benedicat pueris istis:
et invocetur super eos nomen
meum. nomina quoque patrum
meorum abraham et ysaac:
et crescant in multitudinem su-
per terram. Videns autem ioseph
quod posuisset pater suus dexte-
ram manum super caput ephra-
ym: graviter accepit. Et appre-
hensam patris manum levare
conatus est de capite ephraym:
et transferre super caput ma-
nasse. Dixitque ad patrem. Non
ita convenit pater: quia hic
est primogenitus. Pone dexte-
ram tuam super caput eius.

Qui renuens ait. Scio fili
mi. scio. Et iste quidem erit in
populos et multiplicabitur: sed
frater eius iunior maior illo
erit: et semen illius crescet in
gentes. Benedixitque eis in ip-
so tempore dicens. In te benedi-
cetur israel: atque dicetur. Faciat
tibi deus: sicut ephraym et sicut
manasse. Constituitque ephra-
ym ante manassen. Et ait
ad ioseph filium suum. En ego
morior: et erit deus vobiscum:
reducetque vos in terram patrum
vestrorum. Do tibi partem unam
extra fratres tuos: quam tuli
de manu amorrei in gladio
et arcu meo. Capitulum xlix.

Vocavit autem iacob
filios suos: et ait
eis. Congregamini:
ut annunciem que ventura sunt
vobis in diebus novissimis.
Congregamini et audite fi-
lii iacob: audite israel patrem
vestrum. Ruben primogenitus
meus: tu fortitudo mea. et prin-
cipium doloris mei. Prior in
donis: maior imperio. Effu-

fus es sicut aqua: non cre
scas: quia ascendisti cubile
patris tui. et maculasti stra
tum eius. Symeon et levi
fratres: vasa iniquitatis bel
lantia. In consilio eorũ ne ve
niat anima mea. et in cetu il
lorũ non sit gloria mea: quia
in furore suo occiderũt virũ:
et in voluntate sua suffoderũt
murũ. Maledictus furor eorum
quia pertinax: et indignatio il
lorũ quia dura. Dividã eos
in iacob: et dispergam eos in
israel. Iuda te laudabunt fra
tres tui. Manus tue in cervici
bus inimicorum tuorũ. Adora
bunt te filii patris tui. Catulus
leonis iuda. Ad predam fili
mi ascendisti: requiescens ac
cubuisti ut leo. et quasi leena.
Quis suscitabit eum? Non
auferetur sceptrũ de iuda et
dux de femore eius: donec
veniat qui mittendus est: et
ipse erit expectatio gentiũ. Li
gans ad vineam pullum
suũ: et ad vitem o fili mi
asinã suam. Lavabit in vi
no stolam suam: et in san
guine uve palliũ suũ. Pulch
riores sunt oculi eius vino: et
dentes eius lacte candidiores.
Zabulon in litore maris ha
bitabit. et in statione naviũ:
pertingens usque ad sydonẽ. Y
sachar asinus fortis. accubãs
inter terminos. vidit requiẽ
quod esset bona. et terram quod op
tima: et supposuit humerũ
suũ ad portandũ: factusque
est tributis serviens. Dan iu
dicabit populum suũ: sicut et a
lia tribus in israel. Fiat dan
coluber in via. cerastes in
semita: mordens ungulas
equi. ut cadat ascensor eius
retro. Salutare tuũ expecta
bo domine. Gad accinctus preli
abitur ante eum: et ipse ac
cingetur retrorsũ. Aser pin
guis panis eius: et prebebit
delicias regibus. Neptalim cer
vus emissus: et dans eloquia
pulchritudinis. Filius accres
cens ioseph: filius accrescens
et decorus aspectu. Filie dis
currerunt super murum:

sed exasperauerūt eum et iur-
gati sunt: inuideruntqꝫ illi
habentes iacula. Sedit in
forti arcus eius: et dissolu
ta sunt vincula brachiorū
et manuū illius. per ma-
nus potentis iacob. Inde pas-
tor egressus est: lapis israel.
Deus patris tui erit adiu-
tor tuus: et omnipotens be
nedicet tibi benedictionibꝫ
celi desuper: bndictionibus
abyssi iacentis deorsum: be
nedictionibus uberum et
vulue. Benedictiones patris
tui confortate sunt bndic-
tionibꝫ patrum eius: donec
veniret desiderium collium
eternor. Fiant in capite io
seph: et in vertice nazarei
inter fratres suos. Beniya
min lupus rapax: mane
comedet predam: et vespere
diuidet spolia. Omnes
hy in tribubus israel duo
decim. Hec locutus est eis
pater suus. Benedixitqꝫ
singulis benedictionibus
propriis: et precepit eis di

cens. Ego congregor ad popu
lū meum. Sepelite me cum
patribus meis in spelunca du
plici. que est in agro ephron
hetthei contra mambre in ter-
ra chanaan: quam emit abra
ham cum agro ab ephron het
theo in possessionem sepulchri.
Ibi sepelierūt eum: et saram ux-
orem eius. Ibi sepultus est y
saac cum rebecca coniuge su
a: ibi et lya condita iacet. Fi
nitisqꝫ mandatis quibus fili
os instruebat. collegit pedes
suos sup lectulū et obyt: ap
positusqꝫ est ad pplm suum.

Quod Capitulum L.
Quod cernens ioseph: ruit
super faciem patris
flens et deosculans eum. Pre
cepitqꝫ servis suis medicis: ut
aromatibꝫ condirēt patrem.
Quibus iussa explentibus:
transierūt quadraginta dies.
Iste quippe mos erat cadauerū
conditorū. Fleuitqꝫ eum egyp-
tus septuaginta diebus. Et
expleto planctus tempore: lo
cutus est ioseph ad familiam

pharaonis. Si inveni graciam
in conspectu vestro. loquimini
in auribus pharaonis: eo quod
pater meus adiuraverit me
dicens. En morior: in sepul-
chro meo quod fodi michi in
terra chanaan sepelies me. As-
cendam igitur et sepeliam pa-
trem meum: ac revertar. Dix-
itque ei pharao. Ascende et sepe-
li patrem tuum: sicut adiu-
ratus es. Quo ascendente: ie-
runt cum eo omnes senes do-
mus pharaonis. cunctique
maiores natu terre egipti:
domus ioseph cum fratribus
suis. absque parvulis et gregi-
bus atque armentis. que dereli-
querant in terra yessen. Ha-
buitque in comitatu currus et
equites: et facta est turba
non modica. Veneruntque ad
aream achat que sita est trans
iordanem: ubi celebrantes exe-
quias planctu magno atque
vehementi. impleverunt sep-
tem dies. Quod cum vidis-
sent habitatores terre chana-
an: dixerunt. Planctus mag-
nus est iste egiptiis. Et idcirco
appellaverunt nomen loci illius:
planctus egipti. Fecerunt ergo filii
iacob sicut preceperat eis: et
portantes eum in terram cha-
naan sepelierunt eum in spe-
lunca duplici. quam emerat
abraham cum agro in pos-
sessionem sepulchri ab ephron
hettheo contra faciem mambre.
Reversusque est ioseph in egip-
tum cum fratribus suis. et
omni comitatu: sepulto pa-
tre. Quo mortuo: timentes
fratres eius et mutuo collo-
quentes. ne forte memor sit
iniurie quam passus est et
reddat nobis malum omne
quod fecimus. mandaverunt
ei. Pater tuus precepit nobis
antequam moreretur: ut hec
tibi verbis illius diceremus.
Obsecro ut obliviscaris sce-
leris fratrum tuorum: et peccati
atque malicie. quam exercuerunt
in te. Nos quoque oramus:
ut servi dei patris tui dimit-
tas iniquitatem hanc. Qui-
bus auditis: flevit ioseph.

Veneruntque ad eum fratres
sui: et proni in terram ado
rauerunt. et dixerunt. Serui tui
sumus. Quibus ille respondit.
Nolite timere. Num dei possu
mus resistere voluntati? Vos
cogitastis de me malum. et de
us vertit illud in bonum:
ut exaltaret me sicut in pre
senciarum cernitis: et saluos
faceret multos populos. No
lite timere: ego pascam vos.
et paruulos vestros. Consola
tusque est eos: et blande. ac
leniter est locutus. Et habi
tauit in egipto: cum omni
domo patris sui. Vixitque centum
decem annis: et vidit ephraym
filios usque ad terciam gene
racionem. Filii quoque machir
filii manasse: nati sunt in
genibus ioseph. Quibus trans
actis: locutus est fratribus
suis. Post mortem meam
deus visitabit vos: et ascen
dere faciet de terra ista ad ter
ram quam iurauit abraham
ysaac et iacob. Cumque adiu
rasset eos atque dixisset deus
visitabit vos. asportate vo
biscum ossa mea de loco is
to: mortuus est expletis cen
tum decem vite sue annis:
et conditus aromatibus.
repositus est in loculo in
egipto.

Explicit liber bresit qui gene
sis vocatur.

Incipit liber ellesmoth : qui grece exodus dicitur. Capitulum .j.

Hec sunt nomina filiorum israel qui ingressi sunt in egiptum cum iacob : singuli cum domibus suis introierunt. Ruben. symeon. leui. iudas. ysachar. zabulon. et beniyamin. dan et neptalim. gad et aser. Erant igitur omnes anime eorum qui egressi sunt de femore iacob : septuaginta quinque. Joseph autem in egipto erat. Quo mortuo et uniuersis fratribus eius. omnique cognatione sua : filij israel creuerunt et quasi germinantes multiplicati sunt : ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus super egiptum. qui ignorabat ioseph : et ait ad populum suum. Ecce populus filiorum israel multus et fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum. ne forte multiplicetur : et si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris : expugnatisque nobis egrediatur e terra. Posuit itaque eis magistros operum : ut affligerent eos oneribus. Edificaueruntque urbes tabernaculorum pharaoni : phiton et ramesses. Quantoque opprimebantur : tanto magis multiplicabantur et crescebant. Oderantque filios israel egipcij et affligebant illudentes eis et inuidentes : atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris : omnique famulatu quo in terre operibus premebantur. Dixit autem rex egipti obstetricibus hebreorum. quarum una vocabatur sephora altera phua : precipiens eis. Quando obstetricabitis hebreas. et partus tempus aduenerit : si masculus fuerit interficiate illum : si femina reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum : et non fecerunt iuxta preceptum regis egipti : sed conseruabant mares. Quibus ad se accersitis

rex ait. Quid nã est hoc qđ
facere voluistis: ut pueros
servaretis? Que respõderũt.
Non sunt hebree sicut egyp
tie mulieres. Ipse enĩ obste
tricandi habent scientiã: et
priusq̃m veniamus ad eas
pariunt. Bene ergo fecit deus
obstetricibꝫ. Et crevit p̃plus:
cõfortatusq; est nimis. Et
quia timuerãt obstetrices
deũ: edificavit illis domos.
Precepit ergo pharao omni
populo suo dicens. Quicq̃d
masculini sexus natũ fue
rit in flumẽ proiicite: q̃cq̃d
feminei reservate. Capłz ij.

Egressus est post
hec vir de domo le
vi accepta uxore
stirpis sue: que cõcepit et
pe̾pit filiũ. Et videns eũ ele
gantẽ puerũ: abscondit tri
bus mẽsibꝫ. Cũq; iam cela
re non posset. sũpsit fiscel
lam scirpeam: et linivit
eam bitumĩe ac pice: po
suitq; intus ĩfantulũ. et ex
posuit eum in carecto ripe
fluminis: stante procul sorore
eius et cõsiderãte eventũ rei.
Ecce autẽ descendebat filia
pharaonis ut lavaret̃ in
flumĩe: et puelle eius gradi
ebãtur per crepidinẽ alvei.
Que cũ vidisset fiscellã in pa
pirione: misit unã e famu
labꝫ suis. Et allatã aperiens.
cernẽsq; in ea parvulũ va
gientẽ: miserta eius ait. De
infantibꝫ hebreoꝝ est hic.
Cui soror pueri. Vis inq̃t
ut vadã et vocẽ tibi hebre
am mulierẽ: que nutrire
possit ĩfantulũ? Respõdit.
Vade. Perexit puella: et vo
cavit matrẽ eius. Ad quã
locuta filia pharaonis.
Accipe ait puerũ istũ et nu
tri michi: ego tibi dabo m̃
cedẽ tuã. Suscepit mulier et
nutrivit puerũ: adultũq;
tradidit filie pharaonis.
Quẽ illa adoptavit ĩ locũ
filij: vocavitq; nomẽ eius
moises dicẽs. quia de aqua
tuli eum. In diebꝫ illis post
q̃m creverat moises. egress᷒

ad fratres suos vidit afflic
tionē eorum: et virū egiptiū p
cutientē quendā de hebreis
fratribz suis. Cumqz circūspexis
set huc atqz illuc et nullū
adesse vidisset: percussū egipti
um abscondit sabulo. Et e
gressus die altero: cōspexit
duos hebreos rixantes. Dix
itqz ei qui faciebat iniuriam.
Quare percutis primū tuū?
Qui respondit. Quis cōsti
tuit te principē et iudicē sup
nos? Num occidere tu me
vis. sicut occidisti heri egip
tiū? Timuit moises: et ait.
Quomō palā factū est ver
bū istud? Audiuitqz phara
o hunc sermonē: et q̄rebat
occidere moysen. Qui fugi
ens de cōspectu eius moratus
est in terra madian: et sedit
iuxta puteū. Erāt aūt sacer
doti madian septē filie: q̄
venerūt ad hauriendā aquā:
et impletis canalibz adaq̄re
cupiebāt greges patris sui.
Supuenēre pastores: et eie
cerunt eas. Surrexitqz moy

ses: et defensis puellis adaq̄
uit oues earū. Que cū reuer
tissent ad raguel patrē suū:
dixit ad eas. Cur velocius
venistis solito? Rñderunt.
Vir egiptius liberauit nos
de manu pastorū: insuper
et hausit aquā nobiscū: po
tumqz dedit ouibz. At ille. Vbi
est inquit? Quare dimisis
tis hoīem? Vocate eū: ut cō
edat panē. Iurauit ergo mo
yses: q̄ habitaret cū eo. Ac
cepitqz sephorā filiam eius
uxorē: que pepit ei filiū: quē
vocauit gersan dicens. Ad
uena fui in t̄ra aliena. Alte
rū vero pepit: quē vocauit
eliezer dicens. Deus enī pa
tris mei adiutor meus: et
eripuit me de manu pha
raonis. Post multū vero
tēporis mortuus est rex e
gipti: et īgemiscētes filij isrl'
propter opera vociferati
sunt. Ascenditqz clamor e
orū ad deū ab operibus: et
audiuit gemitū eorum: ac
recordatus est federis quod

pepigerat cū abrahā ysa-
ac et iacob. Et respexit dn̄s
filios isrl̄: et liberauit eos.
Moyses Capitulū iij.
autē pascebat o-
ues iethro soceri
sui sacerdotis madian.
Cumq̧ minasset gregem
ad interiora deserti: uenit
ad montē dei horeb. Appa-
ruitq̧ ei dn̄s in flamma
ignis de medio rubi: et ui-
debat q̄ rubus arderet. et
nō cōbureret. Dixit ergo
moyses. Vadā et uidebo
uisionē hanc magnā: q̄-
re non cōburat rubus.
Cernēs autē dn̄s q̄ pgeret
ad uidendū: uocauit eū
de medio rubi et ait. Mo-
yses moyses. Qui r̄ndit.
Assum. At ille. Ne appro-
pies inquit huc. Solue cal-
ciamentū de pedibz tuis:
locus eni in quo stas. ter-
ra sancta est. Et ait. Ego
sum deus patris tui: deus
abrahā et deus ysaac et
deus iacob. Abscōdit mo-
yses faciē suā: nō eni au-
debat respicere cōtra deū.
Cui ait dn̄s. Vidi afflic-
tionē populi mei ī egip-
to: et clamorē eius audi-
ui. propter duriciā eorū
qui presunt opibz. Et sciēs
dolorē eius descendi ut li-
berarē eū de manu egip-
tiorum: et educerē de terra
illa in terrā bonā et spa-
ciosam. in terrā que fluit
lacte et melle: ad loca cha-
nanei et hethei. et amor-
rei et pherezei. et euei et ie-
busei. Clamor ergo filiorum
israel uenit ad me: uidiq̧
afflictionē eorum qua ab
egiptijs opprimuntur. Sed
ueni mittā te ad pharaō-
nē: ut educas p̄plm meū
filios israel de egipto. Dix-
itq̧ moyses ad deū. Quis
ego sum ut uadā ad pha-
raonē: et educā filios isrl̄
de egipto? Qui dixit ei. E-
go ero tecū. Et hoc habebis
signū: q̄ miserim te. Cū
eduxeris p̄plm meū de egip-

to: imolabis deo sup mō
tem istū. Ait moyses ad
deū. Ecce ego vadā ad fili
os israel: et dicā eis. Deus
patrū vrōꝝ misit me ad
vos. Si dixerint michi. qđ
est nomē eius? quid dicā
eis? Dixit dn̄s ad moysē.
Ego sum qui sum. Ait. Sic
dices filijs isrl. Qui ē. mi
sit me ad vos. Dixitqꝫ ite
rū deus ad moysen. Hec
dices filijs isrl. Dn̄s deus
pātu vrōꝝ. deus abrahā ⁊
deus ysaac. et deus iacob.
misit me ad vos. Hoc no
men michi est ieternū: et h
memoriale meū in gene
ratione et generationem.
Vade cōgrega seniores isrl.
et dices ad eos. Dn̄s deus
patrū vestrorū apparuit
michi deus abrahā et deus
ysaac. et deus iacob dicēs.
Visitans visitaui vos. ⁊
vidi omīa que acciderūt
vobis in egipto: et dixi
ut educā vos de afflictio
ne egipti in terrā chana
nei. et hetthei. et amorrei.
pherezei. et euei. et iebusei.
ad terrā fluentē lacte ⁊ mel
le: et audient vocē tuā. In
grediensqꝫ tu et seniores is
rael ad regem egipti: et di
ces ad eum. Dn̄s deus he
breorū vocauit nos: ibi
mus viā triū dierū per so
litudinē. ut imolem9 dn̄o
deo nr̄o. Sed ego scio qđ
non dimittet vos rex e
gipti ut eatis: nisi ꝑ ma
nū validam. Extendā enī
manū meā: et percutiā egip
tū in cūctis mirabilibus
meis que facturus sū ī me
dio eorū. Post hec dimit
tet vos. Daboqꝫ gratiā
pplō huic corā egiptijs. Et
cū egrediemini nō exibitis
vacui: sed postulabit mu
lier a vicina sua et ab hos
pita sua vasa argentea ⁊
aurea ac vestes. Ponetis
qꝫ ea sup filios et filias
vestras: et spoliabitis egip
tū. Respondit moyses et
ait. Nō credent michi neqꝫ au

dicent voce mea: sed dicent.
No apparuit tibi dns. Cap
Dixit ergo ad .iiij.
eu. Quid est qd
tenes in manu
tua? Respodit. Virga. Dix
itqz dns. Proice illa in tra.
Proiecit et versa est in colu
bru: ita ut fugeret moyses.
Dixitqz dns. Extende ma
nu tua: et apprehende cauda
eius. Extendit et tenuit:
versaqz est in virga. Ut cre
dant inquit qd apparuerit
tibi dns deus patru tuor:
deus abraha et deus ysaac
et deus iacob. Dixitqz dns
rursu. Mitte manu tua in
sinu tuu. Qua cu misisset
in sinu: protulit leprosa
instar nivis. Retrahe ait
manu tua in sinu tuum.
Retraxit. et ptulit iteru:
et erat similis carni reliq.
Si no crediderint inqt tibi
neqz audierint sermonem
signi prioris: credet verbo
signi sequetis. Qd si nec du
obz quide hijs signis credide
rint neqz audierint voce tua:
sume aqua fluminis. et effu
de eam sup arida: et qcqd
hauseris de fluvio. vertet
in sanguine. Ait moyses.
Obsecro dne no sum elo
quens ab heri et nudiuster
cius: et ex quo locutus es
ad servu tuu. impedicio
ris et tardioris lingue su.
Dixit dns ad eu. Quis fe
cit os hominis? aut quis
fabricatus est mutu et sur
du. videte et cecu? None
ego? Perge igit et ego ero
in ore tuo: docebo qz te qd
loquaris. At ille. Obsecro
inqt dne: mitte que mis
surus es. Iratus dns in
moysen ait. Aaron frater
tuus levites. scio qd eloqs
sit: ecce ipse egredietur in
occursu tuu. vidensqz te le
tabitur corde. Loquere ad
eu. et pone verba mea i
ore eius: et ego ero in ore
tuo et in ore illius: et oste
dam vobis quid agere
debeatis. Ipe loqtur pro

te ad ppl'm. et erit os tuū:
tu aūt eris ei in hijs que
ad deū ptinēt. Virgam
quoqȝ hanc sume ī manu
tua: in qua facturus es
signa. Abijt moyses et re-
uersus est ad iethro cogna
tū suū. Dixitqȝ ei. Vadā et
reuertar ad fratres meos
in egiptū: ut videā si ad
huc viuant. Cui ait iethro
Vade in pace. Dixit ergo
dn̄s ad moysen ī madi
an. Vade et reuertere ī egip
tū. Mortui enī sunt omnes:
qui q̄rebant aīam tuam.
Tulit moyses uxorē suā.
et filios suos. et īposuit
eos sup asinū: reuersusqȝ ē
in egiptū portans virgā
dei in manu sua. Dixitqȝ
ei dn̄s reuertenti in egiptū.
Vide ut omīa ostenta q̄
posui in manu tua fa-
cias corā pharaone. Ego
indurabo cor eius: et n̄
dimittet ppl'm. Dicesqȝ
ad eū. Hec dicit dn̄s. Fi
lius p̄mogenitus meus
israel. Dixi tibi. Dimitte
filiū meū ut seruiat michi:
et noluisti dimittere eum.
Ecce ego interficiā filiū tuū
p̄mogenitū. Cumqȝ esset in
itinere in diuersorio: occur
rit ei dn̄s. et volebat occi
dere eū. Tulit illico sephora
acutissimā petrā: et circū
cidit p̄puciū filij sui. Teti
gitqȝ pedes eius. et ait.
Sponsus sanguinū tu mi
chi es. Et dimisit eū post
ut reddat p̄ciū: habebit emp
tor qđ emerat usqȝ ad ānū
iubileū. In ipso enī omnis
vendicio redit ad dñm: et
ad possessorē pristinū. Q̄
vendiderit domū suā intra
urbis muros: habebit licē
ciā redimendi. donec unus
īpleatur ānus. Si nō rede
merit. et anni circulus fuerit
evolutus: emptor possidebit
eam et posteri eius ī ꝑpetuū:
et redimi nō poterit etiam
in iubileo. Sin autē in vil
la fuerit domus que muros

non habet. agrorū iure ven
detur. Si ante redēpta non
fuerit: in iubileo revertetur
ad dñm suū. Edes levitarū
que in urbibȝ sūt: semꝑ pos
sūt redimi. Si redēpte non
fuerint in iubileo revertentur
ad dños: q̄a dom⁹ urbiū le
viticarū ꝓ possessionibȝ
sūt inter filios isrl'. Sȝ suburba
na autē eorū nō veneant:
q̄a possessio sēpitna ē. Si
attenuatus fuerit frater tuus.
et infirm⁹ manu. ⁊ suscepe
ris eū q̄si advenā et peregri
nū et vixerit tecū: ne accipi
as usuras ab eo. nec āpli⁹
q̄ dedisti. Time deū tuū: ut
vivere possit frater tuus a
pud te. Pecuniā tuā non
dabis ei ad usurā: et frugū
sup habūdanciā nō exiges
ab eo. Ego dñs deus vester.
qui eduxi vos de t̄ra egipti.
ut darem vobis t̄rā chana
an: ut essem deus vr̄. Si pau
ptate cōpulsus vendiderit
se tibi frater tuus: non eū
opprimes servitute famulorū:

sed quasi mercennarius et co
lonus erit. Usque ad annū
iubileum operabitur apud
te: et postea egredietur cum li
beris suis. et revertetur ad cog
nationē et ad possessionem
patrū suorum. Mei enī servi sunt:
et ego eduxi eos de terra egip
ti. Nō veneant condicione
servorum: ne affligas eū ꝑ po
tentiā: sed metuito deū tuū.
Servus et ancilla sint vobis
de nationibus que in circuitu
vestro sunt. et de advenis qui
peregrinantur apud vos: vel
qui ex hiis nati fuerint ī terra
vestra. Hos habebitis famu
los: et hereditario iure trans
mittetis ad posteros: ac
possidebitis ī eternū. Fratres
autem vestros filios israel. ne op
primatis per potentiā. Si
invaluerit apud vos manus
advene atque peregrini. et atte
nuatus frater tuus vendiderit
se ei. aut cuiquam de stirpe eius:
post venditionē potest redi
mi. Qui voluerit ex fratri
bus suis redimet eū: et patru
us et patruelis et cōsanguine
us et affinis. Sin autē et ipse
potuerit redimet se: supputa
tis dūtaxat ānis a tēpore
venditionis sue usque in ānū
iubileū. et pecunia qua ven
ditus fuerit iuxta ānorum
numerū. et ratione mercenna
rii supputata. Si plures fu
erint āni qui remanent usque
ad iubileū: secundū hos red
det et preciū. Si pauci: pōet
rationē cū eo iuxta ānorū
numerū: et reddet emptori
quod reliquū est: ānorum quibus
ante servivit mercedibus impu
tatis. Nō affliget eū violēt̄
ī cōspectu tuo. Quod si ꝑ hec re
dimi nō potuerit: ānō iubi
leo egredietur cū liberis suis.
Mei enī sūt servi filii israel:
quos eduxi de terra egipti. Ego
dominus deus vester. Capitulum xxvi.
Non facietis vobis
ydolū et sculptile.
nec tytulos erigetis:
nec īsignem lapidē ponetis
ī terra vestra. ut adoretis eū. Ego
enī sū dominus deus vester. Custodite

sabbata mea: et pauete ad
sãctuariũ meũ. Ego dñs. Si
in p̃ceptis meis ãbulaueri
tis. et mãdata mea custo
dieritis et feceritis ea: dabo
vobis pluuias tẽporibus
suis. et terra gignet germẽ
suũ: et pomis arbores re
plebũtur. Apphendet mes
siũ tritura vindemiã: et
vindemia occupabit semẽ
tem. Et cõedetis panem
vestrũ in saturitate: et
absq3 pauore habitabitis
in terra vrã. Dabo pacẽ in
finibz vris. Dormietis: et ñ
erit qui exterreat. Auferam
malas bestias: et gladius
nõ trãsibit terminos vrõs. P
sequemini inimicos vrõs: et
corruẽt corã vobis. Psequẽ
tur quinq3 de vris centũ alie
nos: et centũ ex vobis decẽ
milia. Cadẽt inimici vri in
cõspectu vrõ gladio. Respi
ciã vos et crescere faciam:
multiplicabimini: et firma
bo pactũ meũ vobiscũ.
Cõedetis vetustissima ve
terũ: et vetera nouis supue
nientibz proicietis. Ponã ta
bernaculũ meũ in medio
vestri: et nõ abiciet vos aĩa
mea. Ambulabo iter vos
et ero vr̃ deus: vosq3 eritis
pplus meus. Ego dñs deus
vr̃. qui eduxi vos de terra e
gyptiorũ ne seruiretis eis: et
qui cõfregi cathenas ceruicũ
vrãr. ut incederetis erecti. Qđ
si non audieritis me. nec
feceritis oĩa mãdata mea:
et si spreueritis leges meas.
et iudicia mea cõtempseritis.
ut nõ faciatis ea q̃ a me cõsti
tuta sũt. et ad irritũ pducatis
pactũ meũ: ego quoq3 hec faci
am vob. Visitabo vos velo
cit' ĩ egestate et ardore: q̃ cõfi
ciat oculos vrõs. et cõsumat
aĩas vrãs. Frustra seretis se
mẽtem: q̃ ab hostibz deuora
bit'. Ponã faciẽ meã cõtra
vos. et corruetis corã hostibz
vris: et subiciemini hys q̃ oderũt
vos. Fugietis nemĩe psequẽte.
Siaũt nec sic obedieritis mi
chi: addã correptiões vrãs sep

tuplū ꝓpt̃ pcc̃a vr̃a: et cōte
rā sꝑbiā duritie vr̃e. Dabo
qȝ celū vob̄ desuꝑ sicut ferrū:
et terrā eneā. Consumet̃ in
cassū labor vr̄: nō ꝓferet tra
germē: nec arbores poma
prebebūt. Si ābulaueritis
ex adūso michi. nec voluer̃
tis audire me: addā plagas
vr̃as usqȝ ī septuplū ꝓpter
pcc̃a vr̃a. Emittāqȝ in vos
bestias agri q̄ consumant
et vos et pecora vr̃a. et ad
paucitatē cūcta redigāt: de
sertēqȝ fiant vie vr̃e. Qd̄ si
nec sic volueritis recipe disci
plinā. sed ambulaueritis ex
adūso michi: ego quoqȝ cō
vos adūsus incedā. et pcuciā
vos septies ꝓpt̃ pcc̃a vr̃a: in
ducāqȝ suꝑ vos gladiū ul
torē federis mei. Cūqȝ cōfuge
ritis in urbes mittā pestilen
tiā in medio vr̄i: et tradēmi
hostiū manibȝ. postq̄ cōfre
gero baculū panis vr̄i: ita
ut decē mulieres in vno cli
bano coquāt panes. et red
dant eos ad pondus: et cōe

detis et nō saturabimī. Sin
aūt nec ꝑ hec audieritis me.
sed ambulaueritis cōtra me.
et ego incedā aduersū vos ī fu
rore cōtrario: et corripiā vos
septē plagis ꝓpt̃ pcc̃a vr̃a:
ita ut comedatis carnes filioꝝ
vr̄oꝝ et filiarū vr̃arū. Destru
am excelsa vr̃a: et simulachra
vr̃a cōfringā. Cadetis iter ru
inas ydoloꝝ vr̄oꝝ. et abho
minabit̃ vos aīma mea: in
tantū ut urbes vr̃as redigā
ī solitudinē. et deserta faciā
sc̄tuaria vr̃a: nec recipiam
odorē ultra suauissimū. Dis
ꝑdā quoqȝ t̃rā vr̃am: et stu
pebūt suꝑ ea ī imici vr̄i. cū
habitatores illi' fuerīt. Vos
aūt dispgā ī gētes: et eua
ginabo post vos gladiū:
eritqȝ t̃ra vr̃a deserta. et ciui
tates vr̃e dirute. Tūc place
būt t̃re sabbata sua cūctis
diebȝ solitudīs sue: qn̄do fu
eritis ī t̃ra hostili. Sabba
tizabit et requiescet ī sabba
tis solitudīs sue: eo qd̄ non
requieuit ī sabbatis vestris

quando habitabatis in ea.
Et qui de vobis remanserint:
dabo pavorem in cordibus
eorum in regionibus hostium. Ter-
rebit eos sonitus folii vola-
ntis: et ita fugient quasi gladi-
um. Cadent nullo sequente:
et corruent singuli super fratres
suos. quasi bella fugientes.
Nemo vestrum inimicis aude-
bit resistere. Peribitis inter
gentes: et hostilis vos terra
consumet. Quod si et de his aliqui
remanserint tabescent in iniquita-
tibus suis in terra inimicorum suo-
rum: et propter peccata patrum suorum
et sua affligentur. donec confi-
teantur iniquitates suas: et ma-
iorum suorum recordentur. quibus
prevaricati sunt in me. et ambu-
laverunt ex adverso michi. Am-
bulabo igitur et ego contra eos:
et inducam illos in terram hosti-
lem: donec erubescat incircumci-
sa mens eorum. Tunc orabunt pro
iniquitatibus suis: et recordabor
federis mei. quod pepigi cum
iacob et ysaac et abraham.
Terre quoque memor ero. Que

cum relicta fuerit ab eis. compla-
cebit sibi in sabbatis suis:
patiens solitudinem propter il-
los. Ipsi vero rogabunt pro
peccatis suis: eo quod abiecerint
iudicia mea. et leges meas
despexerint. Attamen etiam cum
essent in terra hostili. non peni-
tus abieci eos. neque sic despexi
ut consumerentur: et irritum face-
rem pactum meum cum eis. Ego enim
sum dominus deus eorum. Et recorda-
bor federis mei pristini: quando
eduxi eos de terra egypti in
conspectu gentium. ut essem de-
us eorum. Ego dominus deus. Hec
sunt precepta atque iudicia et le-
ges: quas dedit dominus inter se
et inter filios israel. in monte
synai per manum moysi. Capitulum xxvii.

Locutusque est
dominus ad moysen di-
cens. Loquere filiis
israel: et dices ad eos. Homo
qui votum fecerit et voverit et spo-
ponderit deo animam suam: sub
estimatione dabit precium.
Si fuerit masculus a vicesi-
mo anno usque ad sexagesimum

annū. dabit q̄nquagīta sy/
clos argēti ad mensurā sāc/
tuarij: si mulier triginta. A
quīto aūt anno usq; ad vi/
cesimū. masculus dabit vi/
gīti syclos: femīa decē. Ab u/
no mense et usq; ad annū
q̄ntū. p masculo dabūt q̄nq;
sycl: pro femīa tres. Sexage/
narius et ult̄ masculus dab
q̄ndecī syclos: femīa decē. Si
paup fuit ⁊ ad estimationē
reddere non valebit. stabit
corā sacerdote: et quantū
ille estimauerit et viderit eū
posse reddere. tantū dabit. Ani/
mal aūt qd̄ īmolari potest
dnō. si quis vouerit scm̄ erit.
et mutari nō poterit: id est
nec melius malo. nec peius
bono. Qd̄ si mutauerit: ⁊
ipm̄ qd̄ mutatū ē. et illud
p quo mutatū ē. cōsecratū
erit dnō. Aīmal aūt imū/
dū qd̄ īmolari dnō nō pt.
si quis vouerit: adducetur
āte sacerdotē. Qui diiudicās
utrū bonū an malū sit:
statuet preciū. Qd̄ si dare
voluerit is qui offert: ad/
det supra estimationē q̄ntā
partē. Homo si vouerit do/
mū suā et sāctificauerit eā dnō:
cōsiderabit eā sacerdos utrū
bona an mala sit: et iuxta
preciū quod ab eo fuerit cō/
stitutū venūdabit. Si autē
ille qui vouerat voluerit
redimere eam: dabit q̄ntā
partē estimationis sup. et
habebit domū. Qd̄ si agrū
possessionis sue vouerit ⁊ cō/
secrauerit dnō: iuxta mēsu/
rā sementis estimabit̄ preciū. Si tri/
ginta modijs ordei serit̄ tra:
q̄nquaginta syclis vēdat̄ argēti.
Si statī ab āno īcipiētis iubilei
vouerit agrū: quāto valere pt̄
tāto estimabit̄. Si aūt post
aliq̄ntū tēporis: supputabit
sacdos pecuniā iux̄ ānoȝ q̄ re/
liq̄ sūt numerū. usq; ad iubile/
um: et detrahet̄ ex preco. Qd̄ si vo/
luerit redime agrū ille q̄ voue/
rat: addet q̄ntā partē estimate
pecuie. et possidebit eā. Si aūt
noluerit redime. sed alteri cuili/
bet fuit venūdatus: ultra eū

qui vouerat redimi nō poterit: q͛a cū iubilei venerit dies sāctificatus erit dn̄o: et possessio cōsecrata ad ius ptinet sacerdotū. Si ager emptus est. et nō de possessione maiorū sāctificatus fuerit dn̄o: supputabit sacerdos iuxta ānorū numerū usq; ad iubeleū preciū: et dabit ille q̄ vouerat eū dn̄o. In iubileo aūt revertet̄ ad priorē dn̄m qui vendiderat eū: et habuerat in sortē possessionis sue. Omnis estimatio siclo sāctuarij pōderabit̄. Siclus viginti obolos habet. Primogenita que ad dn̄m ptinent. nemo sāctificare poterit et vovere: sive bos sive ovis fuerit. dn̄i sunt. Qd̄ si īmūdū est aīmal. redimet qui obtulit iuxta estimationē suā: et addet quītam partē precij. Si redimere noluerit: vendetur alteri. q̄ntocūq; fuerit estimatū. Omne qd̄ dn̄o cōsecratur sive homo fuerit sive animal sive ager nō vendetur: nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit cōsecratū: sanctū scōrum erit dn̄o. Et omnis cōsecratio que offertur ab homine nō redimet̄: sed morte morietur. Omnes decime terre sive de frugibz sive de pomis arborū domini sunt: et illi sanctificātur. Si quis aūt voluerit redimere decimas suas: addet quintā partē earū. Omniū decimarū boues et oves et capre. que sub pastoris virga transeunt: quicquid decimū venerit sāctificabitur dn̄o. Non eligetur nec bonum nec malum: nec altero cōmutabitur. Si quis mutaverit: et quod mutatum est et pro quo mutatum est sanctificabitur domino. et non redimetur. Hec sunt precepta que mandavit dominus moysi ad filios israel: in monte synai.

Explicit liber leviticus. qui hebraice dicitur vagecra.

Incipit liber vagedabar qui numerus dicitur. Ca. i.

Locutusque est dominus ad moysen in deserto synai. in taber
naculo federis. prima die
mensis secundi. anno altero e
gressionis eorum ex egypto dicens.
Tollite summam universe co
gregationis filiorum israel per
cognationes et domos suas.
et nomina singulorum quicquid
sexus est masculini a vice
simo anno et supra omnium
virorum fortium ex israel: et nu
merabitis eos per turmas
suas tu et aaron. Eruntque
vobiscum principes tribuum
ac domorum in cognationi
bus suis: quorum ista sunt
nomina. De tribu ruben:
helysur filius sedeur. De sy
meon: salamiel filius su
risaddai. De iuda: naason
filius aminadab. De ysa
char: nathanael filius suar.
De zabulon: heliab filius
helon. Filiorum autem ioseph
de ephraym: elysama filius
amiud. De manasse: ga
maliel filius phadassur.
De beniamin: abydan filius
gedeonis. De dan: ahiezer
filius amisaddai. De aser:
phegihel filius ochran. De
gad: elyasaph filius duel.
De neptalim: ahyra filius he
nan. Hii nobilissimi prin
cipes multitudinis per tribus
et cognationes suas et capi
ta exercitus israel: quos tule
runt moyses et aaron cum
omni vulgi multitudine: et
congregaverunt primo die
mensis secundi. recensentes
eos per cognationes et domos
ac familias et capita. et no
mina singulorum a vicesimo
anno et supra: sicut prece
rat dominus moysi. Numerati
que sunt in deserto synai. De ru
ben primogenito israelis per
generationes et familias ac

domos suas et nomĩa capi
tũ singulorũ. omne quod
sexus est masculini. a vicesi
mo anno et supra ꝓcedētiũ
ad bellũ: quadraginta sex
milia quĩgenti. De filiis sy
meon per generatiões et fa
milias ac domos cognati
onũ suarũ. recensita sūt ꝑ
nomĩa et capita singulorũ.
omne quod sexus est mas
culini a vicesimo anno et
supra ꝓcedentiũ ad bellũ:
quĩquaginta novē milia
trecenti. De filiis gad per
generatiões et familias ac
domos cognationũ suarũ.
recensiti sūt ꝑ nomĩa sin
gulorũ a viginti annis et
supra. omēs qui ad bella
ꝓcederēt: quadraginta qn
q; milia sexcenti quĩquagi
ta. De filiis iuda per genera
tiões et familias suas ac domos
cognationũ suarũ. ꝑ noĩa
singulorũ a vicesimo ãno
et supra. omēs qui poterāt
ad bella ꝓcedere: recensiti
sūt septuaginta quatuor

milia sexcenti. De filiis ysa
char per generatiões et fa
milias ac domos cognati
onũ suarũ. per nomĩa sin
gulorũ a vicesimo anno
et supra omēs qui ad bella
ꝓcederēt: recensiti sūt qnq̃
ginta quatuor milia qua
dringenti. De filiis zabu
lon per generatiões et fami
lias ac domos cognationũ
suarũ. recensiti sūt ꝑ noĩa
singulorũ. a vicesimo ãno
et supra omēs qui poterāt
ad bella ꝓcedere: quĩquagi
ta septē milia quadringēti.
De filiis ioseph filiorũ ephra
im per generatiões et fami
lias ac domos cognatio
nũ suarũ recensiti sūt per
nomĩa singulorũ. a vicesi
mo anno et supra omēs q̃
poterāt ad bella ꝓcedere: q̃
draginta milia quĩgenti.
Porro filiorũ manasse ꝑ
generatiões et familias ac
domos cognationũ suarũ.
recensiti sūt per nomĩa sin
gulorũ a viginti annis et

supra. omnes qui poterant
ad bella procedere: triginta
duo milia ducenti. De fili
is beniamin per genera
tiones et familias ac do
mos cognationum suarum.
recensiti sunt nominibus singu
lorum a vicesimo anno et su
pra. omnes qui poterant
ad bella procedere: triginta
quinque milia quadringenti.
De filiis dan per generatio
nes et familias ac domos
cognationum suarum. recen
siti sunt nominibus singulorum
a vicesimo anno et supra.
omnes qui poterant ad bella
procedere: sexaginta duo mili
a septingenti. De filiis aser p
generationes et familias ac
domos cognationum suarum.
recensiti sunt per nomina sin
gulorum a vicesimo anno
et supra. omnes qui poterant
ad bella procedere: quadragi
ta milia. et mille quingenti.
De filiis neptalim per gene
rationes et familias ac do
mos cognationum suarum.
recensiti sunt nominibus singu
lorum. a vicesimo anno et su
pra. omnes qui poterant ad
bella procedere: quinquaginta
tria milia quadringenti.
Hii sunt quos numeraverunt
moises et aaron. et duode
cim principes israel: singulos
per domos cognationum su
arum. Fuerunt que omnes filiorum
israel. per domos et familias
suas a vicesimo anno et su
pra qui poterant ad bella p
cedere: sexcenta tria milia vi
rorum quingenti quinquaginta.
Levite autem in tribu familia
rum suarum non sunt numerati
cum eis. Locutus que est dominus ad
moisen dicens. Tribum levi
noli numerare: neque pones
summam eorum cum filiis israel: sed
constitue eos super tabernacu
lum testimonii. cuncta vasa eius
et quicquid ad cerimonias perti
net. Ipsi portabunt taberna
culum et omnia utensilia eius:
et erunt in ministerio: ac per gi
rum tabernaculi metabunt.
Cumque proficiscendum fuerit depo

ueniat leuite tabernaculum: ci
castra metanda erigent. Quis-
quis externorum accesserit: oc
cidetur. Metabuntur autem castra
filij isrl: unusquisque per turmas
et cuneos atque exercitum suum.
Porro leuite per girum taber
naculi figent tentoria. ne
fiat indignatio super multi
tudinem filiorum isrl: et excuba
bunt in custodiis tabernacu
li testimonij. Fecerunt ergo fi
lij isrl: iuxta omnia que pre
ceperat dns moisi Capitulum
Locutusque secundum.
est dns ad moisen
et aaron dicens.
Singuli per turmas signa
atque vexilla et domos cog
nationum suarum castrame
tabuntur filij isrl: per girum
tabernaculi federis. Ad ori
entem iudas figet tentoria:
per turmas exercitus sui. E
ritque princeps filiorum eius
naason filius aminadab:
et omnis de stirpe eius summa
pugnantium septuaginta quatu
or milia sexcentorum. Iuxta
eum castrametati sunt de tri
bu ysachar. quorum princeps
fuit nathanael filius suar:
et omnis numerus pugna
torum eius quinquaginta quatuor
milia. quadringenti. In tri
bu zabulon princeps fuit
heliab filius helon: et omnis
de stirpe eius exercitus pug
natorum quinquaginta septem
milia quadringenti. Omnes
qui in castris iude annu
merati sunt: fuerunt centum oc
toginta sex milia quadrin
genti: et per turmas suas
primi egredientur. In castris
filiorum ruben. ad meridia
nam plagam erit princeps.
helysur filius sedeur: et cunc
tus exercitus pugnatorum
eius qui numerati sunt qua
draginta sex milia quingenti.
Iuxta eum castrametati sunt
de tribu symeon. quorum
princeps fuit salamiel fili
us surisaddai: et cunctus exerci
tus pugnatorum eius qui
numerati sunt quinquaginta
nouem milia trecenti. In

tribu gad princeps fuit
heliasaph filius duhel:
et cunctus exercitus pugna
torum eius qui numerati sunt
quadraginta quinque milia.
sexcenti quinquaginta. Om
nes qui recensiti sunt in cas
tris ruben. centum quinqua
ginta milia et mille qua
dringenti quinquaginta:
per turmas suas in secundo
loco proficiscentur. Levabitur
autem tabernaculum testimo
nii: per officia levitarum et
turmas eorum. Quomodo
erigetur: ita et deponetur.
Singuli per loca et ordines
suos proficiscentur. Ad occiden
talem plagam erunt castra fili
orum ephraym. quorum prin
ceps fuit elysama filius ami
ud: et cunctus exercitus pug
natorum eius qui numerati sunt
quadraginta milia quin
genti. Et cum eis tribus filiorum
manasse quorum princeps
fuit gamaliel filius pha
dassur: cunctusque exercitus
pugnatorum eius. qui nu
merati sunt. triginta duo
milia. ducenti. In tribu fi
liorum beniamin princeps
fuit abydan filius gedeonis:
et cunctus exercitus pugna
torum eius. qui recensiti sunt
triginta quinque milia qua
dringenti. Omnes qui nume
rati sunt in castris ephraym
centum octoginta milia centum:
per turmas suas tercii proficis
centur. Ad aquilonis partem
castrametati sunt filii dan. quorum
princeps fuit ahiezer filius
amisadday: cunctus exercitus
pugnatorum eius qui nume
rati sunt sexaginta duo mi
lia septingenti. Iuxta eum
fixere tentoria de tribu aser.
quorum princeps fuit phegi
hel filius ochran: cunctus exer
citus pugnatorum eius qui
numerati sunt quadraginta
milia. et mille quingenti. De
tribu filiorum neptalim prin
ceps fuit ahyra filius henan:
cunctus exercitus pugnato
rum eius quinquaginta tria
milia quadringenti. Omnes

qui numerati sunt in castris
dan fuerunt centum quinqua-
ginta septem milia sexcenti:
et novissimi proficiscentur.
Hic numerus filiorum israel
per domos cognationum su-
arum. et turmas divisi exer-
citus: sexcenta tria milia
quingenti. quinquaginta. Levi-
te autem non sunt numerati in-
ter filios israel. Sic enim precepit
dominus moysi. Feceruntque filii
israel: iuxta omnia que man-
daverat dominus. Castrameta-
ti sunt per turmas suas: et
profecti per familias ac do-
mos patrum suorum. Capitulum iii.

Hec sunt generationes
aaron et moysi in
die qua locutus
est dominus ad moysen in monte
synai: et hec nomina filiorum
aaron. Primogenitus eius
nadab: deinde abiu. et elea-
zar et ythamar. Hec nomina
filiorum aaron sacerdotum qui
uncti sunt: et quorum replete
et consecrate manus. ut sacer-
dotio fungerentur. Mortui
sunt nadab et abiu. cum offer-
rent ignem alienum in conspec-
tu domini in deserto synai abs-
que liberis: functique sunt sa-
cerdotio eleazar et ytha-
mar coram aaron patre su-
o. Locutusque est dominus ad
moysen dicens. Applica tri-
bum levi et fac stare in con-
spectu aaron sacerdotis.
ut ministrent ei et excubent
et observent quicquid ad cul-
tum pertinet multitudinis co-
ram tabernaculo testimonii:
et custodiant vasa taber-
naculi. servientes in mini-
sterio eius. Dabisque dono
levitas aaron et filiis eius
quibus traditi sunt a filiis
israel. Aaron autem et filios
eius constitues super cultum
sacerdotii. Externus qui
ad ministrandum accesserit:
morietur. Locutusque est dominus
ad moysen dicens. Ego
tuli levitas a filiis israel pro
omni primogenito qui a-
perit vulvam in filiis israel:
eruntque levite mei. Meum est

eū omnē primogenitū: ex
quo pcussi primogenitos
in terra egipti. Sanctifica
ui michi quicquid primū
nascitur in isrl': ab hoīe
usq3 ad pecus mei sūt E
go dūs. Locutus q3 ē dūs
ad moisen in deserto synai
dicēs. Numera filios leui
per domos patrū suoꝝ et
familias: omnē masculū
ab uno mense et sup̄. Nu
merauit moises ut p̄cepe
rat ei dūs: et inuenti sunt
filij leui per nomīa sua.
gerson et caath et merari.
Filij gerson: lebni et seme
i. Filij caath: amram et
iessaar hebron et oziliel.
Filij merari: mooli et musi.
De gerson fuere familie du
e. lebnitica et semeitica: q̄
rū numeratus est popul⁹
sexus masculini ab uno
mense et supra. septē mili
a quīgentoꝝ. Hij p⁹ ta
bnaculū castrametabūt ad
occidentē sub principe elya
saph filio lahel: et habebūt
excubias in tabernaculo fe
deris ipm̄ tabernaculū et o
perimētū eius. tentoriū qd̄
trahitur ante fores tecti fe
deris. et cortinas atrij: ten
toriū quoq3 quod appendit
in introitu atrij tabernacli.
et quicquid ad ritū altaris p
tinet: funes tabernaculi et
omnia utensilia eius. Cog
natio caath habebit popu
los amramitas et iessaari
tas. et hebronitas. et ozihe
litas. Hee sūt familie caa
thitarū. recensite per nōia
sua. omēs generis mascul
ni ab uno mense et supra:
octo milia sexcenti. Habe
būt excubias sanctuarij:
et castrametabūtur ad me
ridianā plagā. Princeps
q3 eorū erit helisaphan fili⁹
ozihel: et custodient archā
mensā q3 et candelabrū: al
taria et vasa sanctuarij in qui
bus ministratur: et velū. cun
taq3 huiuscemodi sup
pellectilem. Princeps autē
principū leuitarū eleazar.

filius aaron sacerdotis: erit super excubitores custodie sanctuarii. At vero de merari erunt populi moolite et musite recensiti per nomina sua omnes generis masculini ab uno mense et supra: sex milia ducenti. Princeps eorum surihel filius abyhahiel. In plaga septentrionali castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabule tabernaculi et vectes et columpne ac bases earum. et omnia que ad cultum huiuscemodi pertinent: columpne quoque atrii per circuitum cum basibus suis: et paxilli cum funibus. Castrametabuntur ante tabernaculum federis. id est ad orientalem plagam. moises et aaron cum filiis suis: habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum israel. Quisquis alienus accesserit: morietur. Omnes levite quos numeraverunt moises et aaron iuxta preceptum domini per familias suas in genere masculino. a mense uno et supra: fuerunt viginti duo milia. Et ait dominus ad moisen. Numera primogenitos sexus masculini de filiis israel. a mense uno et supra: et habebis summam eorum. Tolles quoque levitas michi pro omni primogenito filiorum israel. ego sum dominus: et pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum israel. Recensuit moises sicut preceperat dominus primogenitos filiorum israel: et fuerunt masculi per nomina sua a mense uno et supra viginti duo milia. ducenti septuaginta tres. Locutusque est dominus ad moysen. Tolle levitas pro primogenitis filiorum israel. et pecora levitarum pro pecoribus eorum: eruntque levite mei. Ego sum dominus. In precio autem ducentorum septuaginta trium qui excedunt numerum levitarum de primogenitis filiorum israel: accipies quinque syclos per

singula capita ad mēsurā
sanctuarii. Siclus habet obo
los viginti. Dabis q; pecu
niā aaron et filiis eius: p
ciū eorū qui sup sunt. Tulit
igit moyses pecuniā eorū q
fuerāt amplius. et quos re
demerāt a levitis pro primo
genitis filiorū isrl. mille tre
centorū sexaginta quinq; si
clorū iuxta pondus sanctuarii:
et dedit eam aaron et filiis
eius. iuxta verbū quod pre
ceperat sibi dns. Capitulū
Locutus q; est iiii.
dns ad moisen et
aaron dicens. Tol
le summā filiorū caath de me
dio levitarū per domos et
familias suas a tricesimo
anno et supra. usq; ad quī
quagesimū annū: omn q
ingrediuntur. ut stent et mi
nistrent in tabernaculo fe
deris. Hic est cultus filiorū
caath. Tabernaculū federis
et scm sanctorū ingredient
aaron et filii eius quādo
movenda sunt castra. et depo
nent velū quod pendet an
te fores. involuent q; in eo
archā testimonii: et operi
ent rursum velamine iacī
narū pelliū: extendent q; de
super palliū iacinctinū. et
inducent vectes. Mensam
quoq; ppositionis involvēt
iacinctino pallio: et ponēt
cū ea thuribula. et mortari
ola cyathos et crateras ad li
ba fundenda. Panes semper
in ea erunt. Extendēt q; desup
palliū coccineū: quod rur
sum operient velamēto iacin
tinarū pelliū: et inducent
vectes. Sument et palliū
iacinctinū quo operient cā
delabrū cū lucernis et forci
pibz suis. emunctoriis et cūc
tis vasis olei que ad concin
nandas lucernas necessari
a sunt: et sup omnia po
nent operimentū iacincti
narū pelliū et inducēt q; vec
tes. Necnō et altare aureū
involuent iacinctino vesti
mento: et extendēt desuper
operimentū iacinctinarū

pelliū: inducent qz vectes.
Omīa vasa quibꝫ ministrā-
tur in sanctuario. involvent
iacinctino pallio: et extē-
dent desup operimentū ia-
cinctinarū pelliū: indu-
cent qz vectes. Sed et alta-
re mundabūt cinere: et invol-
vent illud purpureo vesti-
mento: ponēt qz cū eo om-
nia vasa quibꝫ in ministeri-
o eius utunt. id est ignium
receptacula. fuscinulas ac
tridētes. uncinos et batilla.
Cūcta vasa altaris opiēt si-
mul velamīe iacīctinarꝫ pel-
liū: et idućēt vectes. Oīa va-
sa qbꝫ ministrat i sanctuario por-
tabūt. Cūqz involuerīt aarō
et filij eius sanctuariū et oīa vasa
eius i cōmotione castrorū:
tunc intrabunt filij caath
ut portent involuta: et
non tangant vasa sanctuarij.
ne moriant. Ista sūt one-
ra filiorū caath in taber-
naculo federis: sup quos
erit eleazar filius aaron
sacerdotis: ad quē ptinet

curā oleū ad cōcinnandas
lucernas. et cōpositionis
incensū. et sacrificiū quod
semp offertur. et oleū uncti-
onis et quicqd ad cultum
tabernaculi ptinet: oīumqz
vasorū que in sanctuario sūt.
Locutus qz est dñs ad moy-
sen et aaron dicens. Nolite
perdere populū caath de me-
dio levitarū: sed hoc facite
eis. ut vivant et nō moriā-
tur. si tetigerint sca scōrū.
Aaron et filij eius intrabūt:
ipi qz disponent opera sin-
gulorū: et dividēt quid
portare quis debeat. Alij
nulla curiositate videant
que sūt in sanctuario priusqz
involvant: alioquī morie-
tur. Locutus est dñs ad mo-
ysen dicens. Tolle summam
etiā filiorū gerson. per do-
mos ac familias et cognati-
ones suas. A triginta ā-
nis et supra usqz ad ānos
quinquaginta: numera
omnes qui ingrediuntur et
ministrant in tabernaclo

federis. Hoc est officiū fa
milie gersonitarū. ut por
tent cortinas tabernaculi.
et tectū federis opertimentū
aliud. et sup omnia vela
men iacinctinū: tentoriū
q; quod pendet in introitu
federis tabernaculi: cortinas
atrij et velū in introitu qd
est ante tabernaculū. Om
nia que ad altare ptinēt.
funiculos et vasa ministerij
iubente aaron et filijs ei9
portabūt filij gerson: et sci
ent singuli cui debeāt oneri
mancipari. Hic est cultus
familie gersonitarū in ta
bernaculo federis: eruntq;
sub manu ythamar filij
aaron sacerdotis. Filios q;
merari per familias et do
mos patrū suorū recense
bis a triginta ānis et sup
usq; ad annos quīquagin
ta: omnes qui ingrediūt
ad officiū ministerij sui. et
cultū federis testimonij. Hec
sūt onera eorū. Portabūt
tabulas tabernaculi et vec
tes eius: columpnas et bases
earū: columpnas quoq; a
trij per circuitū cum basibꝫ
et paxillis et funibus suis.
Omnia vasa et supellecti
lem ad numerū accipient:
sic q; portabūt. Hoc est of
ficiū familie meraritarū
et ministerū in taberna
culo federis: eruntq; sub ma
nu ythamar filij aaron
sacerdotis. Recensuerūt igi
tur moyses et aaron et prin
cipes synagoge filios ca
ath per cognaciões et do
mos patrū suorū. a trigin
ta annis et supra usq; ad
annū quīquagesimū. O
mnes qui ingrediunt ad mi
nisterū tabernaculi federis:
et inventi sūt duo milia
septingenti. quīquaginta.
Hic est numerus populi
caath: qui intrat taberna
culū federis. Hos numera
uit moyses et aaron: iux
ta sermonē dnī per manū
moysi. Numerati sunt
et filij gerson p cognatio

nes et domos patrũ suorũ
a triginta annis et supra
usq; ad annũ quĩquagesi
mũ. omnes qui ingrediunt
ut ministrent in tabernaclo
federis: et inventi sunt duo
milia sexcenti triginta.
Hic est populus gersonita
rum: quos numeraverunt
moyses et aaron iuxta ver
bum dñi. Numerati sunt
et filij merari per cognati
ones et domos patrũ suo
rũ. a triginta annis et su
pra usq; ad annũ quĩqua
gesimũ. omnes qui ingre
diuntur ad explendos ritus
tabernaculi federis: et invẽ
ti sunt tria milia ducenti.
Hic est numerus filiorum
merari: quos recensuerunt
moyses et aaron iuxta im
periũ dñi per manũ moy
si. Omnes qui recensiti sunt
de levitis. et quos fecit ad
nomen moyses et aaron
et principes isrl'. per cog
nationes et domos patrũ
suorũ. a triginta annis et
supra usq; ad annũ quĩq
gesimũ ingredientes ad
ministeriũ tabernaculi et
onera portanda: fuerunt
simul octo milia. quĩgẽti
octoginta. Iuxta verbum
dñi recensuit eos moyses.
unũquemq; iuxta officiũ
et onera sua: sicut preceper
at dominus. Capitulum v.

Locutus q; est dñs
ad moysen dicens.
Precipe filiis isrl'.
ut eiciant de castris omnẽ
leprosũ et qui semine fluit.
pollutus q; est sup mortu
o: tam masculũ quã femi
nam eiicite de castris: ne cõ
taminẽt ea cum habitave
rint vobiscũ. Feceruntq; ita
filij isrl': et eiecerunt eos ext
castra sicut locutus ẽ dñs
moysi. Locutus q; est dñs
ad moysen dicens. Loquere
ad filios isrl'. Vir sive mu
lier cum fecerint ex omnibus
peccatis que solent hominibus
accidere et per negligẽtiam
transgressi fuerint mãdatum

duī atq3 deliquerit: confi
tebuntur peccatū suū: et red
det ipsum caput. quītā q3 par
desuper in quē peccauerit.
Sin autē non fuerit qui re
cipiat. dabit dño et erit sa
cerdotis: excepto ariete qui
offertur pro expiatione. ut
sit placabilis hostia. Om
nes quoq3 primicie quas
offerūt filii isrl' ad sacerdo
tem pertinent: et quicq̄d in
sctuariū offertur a singulis.
et traditur manib3 sacer
dotis. ipsius erit. Locutus
q3 est dñs ad moysen dicēs.
Loquere ad filios isrl': et
dices ad eos. Vir cuius ux
or errauerit. maritū q3 con
tempnens dormierit cū alio
viro. et hoc maritus de
prehendere nō quiuerit. sed
latet adulteriū. et testibus
argui nō potest quia nō
est inuenta in stupro: si
spiritus zelotipie cōcitaue
rit virū contra uxorē suā
que vel polluta est vel fal
sa suspicione appetitur:

adducet eam ad sacerdo
tem. et offeret oblationē
pro illa decimam partem
sati farine ordeacee. ~~Non~~
Non fundet sup eam oleū.
nec imponet thus: quia
sacrificiū zelotipie est. et
oblatio investigans adul
teriū. Offeret igitur eam sa
cerdos. et statuet corā dño:
assumet q3 aquā sanctā
in vas fictile: et pauxillū
terre de pauimēto taberna
culi mittet in eam. Cūq3
steterit mulier in cōspectu
dni: discooperiet caput
eius. et ponet sup manus
illius sacrificiū recordatio
nis. et oblationē zelotipi
e. Ipse autē tenebit aquas
amarissimas in quib3 cū
execratione maledicta cō
gessit: adiurabit q3 eam
et dicet. Si non dormiuit
vir alienus tecū. et si non
polluta es deserto mariti
thoro: nō te nocebūt aq̄
iste amarissime in quas
maledicta cōgessi. Sin autē

declinasti a viro tuo atque
polluta es. et concubuisti cum
altero viro: his maledic
tionibus subiacebis. Det te
dominus in maledictionem: exem
plum que cunctorum in populo
suo. Putrescere faciat fe
mur tuum: et tumens uterus
tuus disrumpatur. Ingredi
antur aque maledictionis
in ventrem tuum: et utero tu
mescente computrescat femur.
Et respondebit mulier: a
men amen. Scribet que sa
cerdos in libello ista ma
ledicta: et delebit ea aquis
amarissimis in quas ma
ledicta congessit: et dabit ei
bibere. Quas cum exhau
serit: tollet sacerdos de ma
nu eius sacrificium zelotipie.
et elevabit illud coram domino.
imponet que super altare: ita
dumtaxat ut prius pugillum
sacrificii tollat de eo quod
offertur et incendat super
altare: et sic potum det mu
lieri aquas amarissimas.
Quas cum biberit: si pollu
ta est et contempto viro
adulterii rea. pertransibunt
eam aque maledictionis:
et inflato ventre computres
cet femur: erit que mulier in
maledictionem. et in exemplum
omni populo. Quod si pol
luta non fuerit: erit innoxia
et faciet liberos. Ista est lex
zelotipie. Si declinaverit
mulier a viro suo. et si pol
luta fuerit. maritus que ze
lotipie spiritu concitatus
adduxerit eam in conspectu
domini. et fecerit ei sacerdos
iuxta omnia que scripta
sunt: maritus absque culpa
erit. et illa recipiet iniqui
tatem suam. Capitulum vi.

Locutus que est dominus
ad moysen dicens.
Loquere ad filios
israel: et dices ad eos. Vir si
ve mulier cum fecerint vo
tum ut sanctificentur. et se voluerint
domino consecrare: a vino et
omni quod inebriare po
test abstinebunt. Acetum ex
vino et ex qualibet alia

potione et quicquid de uua
exprimitur: non bibet. Uuas
recentes siccasque non come
det: cunctis diebus quibus
ex voto domino consecrantur.
Quicquid ex vinea esse po
test ab uua passa usque ad
acinum: non comedent. Omni
tempore separationis sue
novacula non transibit su
per caput eius: usque ad com
pletum diem quo domino con
secratur. Sanctus erit: cres
cente cesarie capitis eius.
Omni tempore consecratio
nis sue super mortuum non
ingredietur: nec super pa
tris quidem et matris et fra
tris sororisque funere conta
minabitur: quia consecra
tio dei sui super caput eius
est. Omnes dies separati
onis sue: sanctus erit domino.
Si autem mortuus fuerit
subito quispiam coram eo: pol
luetur caput consecrationis
eius. Quod radet illico.
et in eadem die purgationis
sue: et rursum septima. In

octavo autem die offeret du
os turtures. vel duos pul
los columbe sacerdoti in in
troitu tabernaculi federis
testimonii: faciet que sacer
dos unum pro peccato et al
terum in holocaustum: et de
precabitur pro eo quia pecca
vit super mortuo. Sanctifi
cabit que caput eius in die
illo: et consecrabit domino di
es separationis illius. offe
rens agnum anniculum pro
peccato: ita tamen ut dies pri
ores irriti fiant. quoniam
polluta est sanctificatio eius.
Ista est lex consecrationis: cum
dies quos ex voto decreve
rat complebuntur. Adducet
eum ad ostium tabernaculi
federis et offeret oblationem
eius domino agnum anniculum
immaculatum pro peccato in ho
locaustum: et ovem anniculam
immaculatam pro peccato:
et arietem immaculatum hosti
am pacificam. Canistrum que
panum azimorum qui con
spersi sunt oleo. et laga

na absq; fermēto uncta
oleo. ac libamina singulo
rū: que offeret sacerdos co
ram dño: et faciet tam ꝓ
peccato q̄m in holocaustū.
Arietē vero īmolabit hos
tiam pacificam dño: of
ferens simul canistrū azi
morū et libamēta q̄ ex mo
re debentur. Tunc radetur
nazareus ante ostiū taber
naculi federis cesarie conse
crationis sue: tolletq; ca
pillos eius. et ponet sup
ignē qui est suppositus sa
crificio pacificorū. et ar
mū coctū arietis tortā q;
panis absq; fermento v
nā de canistro. et laganū
azimū vnū: et tradet in
manibus nazarei postq̄
rasū fuerit caput eius.
Susceptā q; rursū ab eo e
levabit in cōspectu dñi:
et sāctificata sacerdotis erit:
sicut pectusculū quod se
parari iussū est et femur.
Post hec potest bibē na
zareus vinū. Ista est lex
nazarei cū voverit obla
tionē suam dño tempore
cōsecrationis sue: exceptis
hiis que invenerit manus
eius. Iuxta qḋ mente de
voverat: ita faciet ad ꝑ
fectionē sāctificationis sue.
Locutus q; est dñs ad mo
ysen dicens. Loquere aa
ron et filiis eius. Sic bene
dicetis filiis isrl': et dicetis
eis. Benedicat tibi dñs:
et custodiat te. Ostendat
dñs faciem suā tibi: et mi
sereatur tui. Cōvertat do
minus vultū suū ad te:
et det tibi pacē. Invocabūt
nomen meū super filios
isrl': et ego benedicam eis.

Capitulum vii.

Factum est autē
in die qua com
plevit moyses tabernacu
lū et erexit illud. vnxitq;
et sāctificavit cum omnibus
vasis suis. altare similiter
et vasa eius: obtule
runt principes isrl' et capi
ta familiarū qui erant ꝑ

singulas tribꝫ. p̄fecti eorū
qui numerati fuerāt mu
nera corā dn̄o: sex plaus
tra tecta cum duodecim bo
bus. Unū plaustrū obtu
lere duo duces et unū bo
uem singuli: obtulerūt ꝙ
eam ꝯspectu tabernaculi.
Ait autē dn̄s ad moysen.
Suscipe ab eis ut seruiāt
in ministerio tabernaculi:
et tradas ea leuitis iuxta
ordinē ministerii sui. Ita
ꝙ cū suscepisset moyses
plaustra et boues: tradi
dit eos leuitis. Duo plaus
tra et quatuor boues dedit
filiis gersan: iuxta id qđ
habebāt necessarium. Qua
tuor alia plaustra et octo
boues dedit filiis merari:
scd'm officia et cultū suū.
sub manu ythamar filii
aaron sacerdotis. Filiis
autē caath nō dedit plaus
tra et boues: quia in sctā
rio seruiūt. et onera p̄p'
portant humeris. Igitur
obtulerūt duces in dedica

tionē altaris. die qua unc
tum est. oblationē suam
ante altare. Dixit ꝙ dn̄s
ad moysen. Singuli du
ces per singulos dies offe
rant munera in dedicati
one altaris. Primo die
obtulit oblationē suam
naason filius aminadab.
de tribu iuda. Fueruntꝙ in
ea acetabulū argēteū pō
do centū triginta sycloꝝ.
fiala argentea habens sep
tuaginta syclos iuxta pō
dus sctuarii. utrūꝙ plenū si
mila ꝯspsa oleo i sacrificiū:
mortariolū ex decē syclis au
reis plenū incenso: bouē
de armento et arietē et ag
nū anniculū in holocaus
tum. hircū ꝙ pro pctō:
et in sacrificio pacificoꝝ
boues duos. arietes qui
ꝙ. hircos quinꝙ. agnos
anniculos quinꝙ. Hec est
oblatio naason filii ami
nadab. Secūdo die obtu
lit nathanael filius suar.
dux de tribu ysachar

acetabulū argenteū appē
dens centū triginta siclos.
fialam argēteā haben-
tem septuaginta siclos
iuxta pondus sctuarij. v
trūq; plenū simila con
spersa oleo in sacrificiū:
mortariolū aureū habēs
decem siclos plenū incēso:
bouē de armento. et arietē
et agnū anniculū in ho-
locaustū: hircū q; pro pec
cato: et in sacrificio pacifi
corū boues duos. arietes
quinq;. hircos quinq;. ag
nos ānniculos quinq;. Hec
fuit oblatio nathanael fi
lij suar. Tercio die princeps
filiorū zabulon heliab
filius helon. obtulit ace
tabulū argenteū appen
dens centū triginta siclos.
fialā argenteā habentē
septuaginta siclos ad pō
dus sctuarij: vtrūq; plenū
simila cō spersa oleo in sa
crificiū: mortariolū aure
um appendēs decem siclos
plenū incenso: bouē de
armento et arietē et agnū
ānniculū in holocaustū.
hircū q; pro pctō: et in sa
crificio pacificorū boues
duos. arietes quinq;. hircos
quinq;. agnos anniculos
quinq;. Hec est oblatio heli
ab filij helon. Die quar
to princeps filiorū ruben
helysur filius sedehur ob
tulit acetabulū argenteū.
appendens centū triginta
siclos. fialam argenteā
habentē septuaginta siclos
ad pondus sctuarij. vtrū
q; plenū simila cō spersa
oleo in sacrificiū: morta
riolū aureū appendens
decem siclos plenū incen
so: bouē de armento et a
rietem et agnū ānniculū
in holocaustū. hircū q;
pro pctō: et in hostias pa
cificorū boues duos. ari
etes quinq;. hircos quinq;.
agnos anniculos quinq;.
Hec fuit oblatio helysur
filij sedehur. Die quinto
princeps filiorū symeon.

salamiel filius surisad
dai obtulit acetabulū ar
genteū appendens centum
triginta siclos. fialā ar
genteā habentē septuaginta
siclos ad pondus sanctuarij.
utrūq; plenū simila con
spersa oleo in sacrificium:
mortariolū aureū appen
dens decem siclos plenum
incenso: bouē de armēto
et arietē. et agnū anniculū
in holocaustū. hircū q; p
pctō: et in hostias pacifi
corū boues duos. arietes
quinq;. hircos quinq;. agnos
anniculos quinq;. Hec fu
it oblatio salamiel filij
surisaddai. Die sexto prin
ceps filiorū gad eliasaph
filius duel obtulit aceta
bulū argenteū appendēs
centū triginta siclos. fia
lam argenteā habentē
septuaginta siclos ad pō
dus sanctuarij. utrūq;
plenū simila cōspersa o
leo in sacrificiū: mortari
olū aureū appendēs decē

siclos plenū incenso: bo
uem de armento et arietē
et agnū anniculū in holo
caustū. hircū q; pro pctō:
et in hostias pacificorū
boues duos. arietes quī
q;. hircos quinq;. agnos
anniculos quinq;. Hec fu
it oblatio eliasaph filij
duel. Die septimo prin
ceps filiorū ephraym eli
sama filius amiud ob
tulit acetabulū argenteū.
appendens centū triginta
siclos. fialam argenteā
habentē septuaginta si
clos ad pondus sanctuarij.
utrūq; plenū simila con
spersa oleo in sacrificiū:
mortariolū aureū appē
dens decem siclos plenū
incenso: bouē de armēto
et arietē et agnū annicu
lum in holocaus tū.
hircū q; pro peccato: et
in hostias pacificorū bo
ues duos. arietes quinq;.
hircos quinq;. agnos an
niculos quinq;. Hec fuit

oblatio elysama filii am-
miud. Die octavo prin-
ceps filiorū manasse ga-
maliel filius phadassur.
obtulit acetabulū argen-
teū appendēs centū trigin-
ta siclos. fialā argenteā
habentē septuaginta si-
clos ad pondus sanctuarij.
utrūqꝫ plenū simila con-
spersa oleo in sacrificiū:
mortariolū aureū appen-
dens decem siclos plenū
incenso: bovē de armēto
et arietē et agnū ānniculū
in holocaustū. hircū qꝫ
pro peccato: et in hostias
pacificorū boves duos.
arietes quīqꝫ. hircos quīqꝫ.
agnos anniculos quīqꝫ.
Hec fuit oblatio gamali-
el filii phadassur. Die no-
no princeps filiorū benia-
mi abydan filius ge-
deonis obtulit acetabulū
argenteū appendens cen-
tū triginta siclos. fialā
argenteā habentē septua-
ginta siclos ad pōdus

sanctuarij. utrūqꝫ plenū
simila cōspersa oleo in sa-
crificiū: mortariolū aure-
um appendēs decē siclos.
plenū incenso: bovem de
armento et arietē et agnū
ānniculū in holocaustū.
hircū qꝫ pro pccō: et ī hos-
tias pacificorū boves du-
os. arietes quīqꝫ. hircos
quīqꝫ. agnos ānniculos
quīqꝫ. Hec fuit oblatio a-
bydan filii gedeonis. Die
decimo prīceps filiorū dan
ahiezer filius amisaddaj.
obtulit acetabulū argen-
teū appendēs centū trigin-
ta siclos. fialā argenteā
habentē septuaginta si-
clos ad pondus sanctua-
rij. utrūqꝫ plenū simila
cōspersa oleo in sacrificiū:
mortariolū aureū appen-
dens decē siclos plenū incē-
so: bovē de armento et a-
rietē et agnū ānniculū in
holocaustū. hircū qꝫ pro
pccō: et in hostias pacifi-
corū boves duos. arietes

quĩq3. hircos quĩq3. agnos
anniculos quĩq3. Hec fuit
oblatio ahiezer filii ammi
saddai. Die undecimo pri
nceps filiorũ aser phegihel
filius ochran obtulit ace
tabulũ argenteũ appendẽs
centũ triginta siclos. fia
lam argenteã habentem
septuaginta siclos ad põ
dus sanctuarii. utrũq3
plenũ simila cõspersa o
leo in sacrificiũ: morta
riolũ aureũ appendens
decem siclos plenũ incẽ
so: bouẽ de armento et
arietem. et agnũ anni
culũ in holocaustũ. hir
cũ q3 pro pctõ: et in hos
tias pacificorũ boues
duos. arietes quĩq3. hir
cos quĩq3. agnos anni
culos quĩq3. Hec fuit ob
latio phegihel filii ochrã.
Die duodecimo princeps
filiorũ neptalim ahira
filius henan obtulit a
cetabulũ argenteũ appẽ
dens centũ triginta si
clos. fialam argenteã
habentẽ septuaginta si
clos ad pondus sanctuari
i. utrũq3 plenũ simila
cõspersa oleo in sacrifici
um: mortariolũ aureũ
appendens decem siclos
plenũ incenso: bouẽ de
armento et arietẽ et ag
nũ anniculũ in holocaus
tum hircum q3 pro pec
cato: et in hostias paci
ficorũ boues duos. arie
tes quĩq3. hircos quĩq3.
agnos anniculos quĩ
q3. Hec fuit oblatio ahi
ra filii henan. Hec in de
dicatione altaris oblata
sunt a principibus isrl: in
die qua cõsecratũ ẽ. Ace
tabula argentea duode
cim. fiale argentee duo
decim. mortariola aure
a duodecim: ita ut centũ
triginta argenti siclos
haberet unũ acetabulũ.
et septuaginta siclos u
na fiala id est in cõmu
ne vasorũ omnium ex

argento sicli duo milia
quadringenti pondere sanc-
tuarii. mortariola aurea
duodecim plena incenso.
denos siclos appendentia
pondere sanctuarii. id est simul
auri sicli centum viginti. boves
de armento in holocaustum duo-
decim. arietes duodecim. agni
anniculi duodecim. et li-
bamenta eorum. hirci duode-
cim pro peccato. hostie paci-
ficorum boves viginti qua-
tuor. arietes sexaginta.
hirci sexaginta. agni an-
niculi sexaginta. Hec ob-
lata sunt in dedicatione
altaris: quando unctum est.
Cumque ingrederetur moyses
tabernaculum federis ut con-
suleret oraculum: audie-
bat vocem loquentis ad se
de propitiatorio. quod erat
super archam testimonii
inter duos cherubim: un-
de et loquebatur ei. Capi-
tulum viij.
Locutus est dominus ad moy-
sen dicens. Loquere
aaron: et dices ad eum.
Cum posueris septem lucer-
nas: candelabrum in austra-
li parte erigatur. Hoc igitur
precepit. ut lucerne contra bo-
ream e regione respiciant
ad mensam panum propositio-
nis: contra eam partem
quam candelabrum respiciat
lucere debebunt. Fecitque aa-
ron. et imposuit lucernas
super candelabrum: sicut pre-
ceperat dominus moysi. Hec au-
tem erat factura candelabri.
Ex auro ductili tam me-
dius stipes quam cuncta que
ex utroque calamorum latere
nascebantur. Iuxta exemplum
quod dominus ostendit moy-
si: ita operatus est cande-
labrum. Et locutus est dominus
ad moysen dicens. Tolle
levitas de medio filiorum
israel: et purificabis eos
iuxta hunc ritum. Aspergan-
tur aqua lustrationis: et
radant omnes pilos car-
nis sue. Cumque laverint ves-
timenta sua et mundati fu-

erint: tollant bouē de ar
mentis et libamentum
eius similā oleo cōspersā.
Bouē autē alterū de ar
mento accipies pro pcō:
et applicabis leuitas co
rā tabernaculo federis.
cōuocata omni multitu
dine filiorū isrl'. Cumqꝫ
leuite fuerint corā dño:
ponēt filii isrl' manus
suas sup eos: et offeret
aaron leuitas munus
in cōspectu dñi a filiis
isrl': ut seruiāt in minis
terio eius. Leuite quoqꝫ
ponēt manus sup capi
ta boum: e quibꝫ unū
facies pro pcō et alterū
in holocaustū dñi: ut de
preceris p eis. Statuesqꝫ
leuitas in cōspectu aarō
et filiorū eius: et cōsecra
bis eos oblatos dño. ac
separabis eos de medio
filiorū isrl' ut sint mei: et
postea ingrediant' taber
naculū federis ut seruiāt
mihi. Sic qꝫ purificabis

et cōsecrabis eos in obla
tione dñi: quia dono dona
ti sunt mihi a filiis isrl'.
Pro primogenitis que a
periūt omnē vuluā i isrl':
accepi eos. Mea sunt oīa
primogenita filiorū isrl':
tam ex hominibꝫ quā ex iu
mentis. Ex die quo percus
si omne primogenitū i
terra egipti. sanctificaui
eos mihi: et tuli leui
tas p cunctis primogenitis
filiorū isrl': tradidiqꝫ eos
dono aaron et filiis eius
de medio ppli. ut seruiāt
m̄ pro isrl' in taberna
culo federis. et orent pro
eis ne sit in populo pla
ga. si ausi fuerint accedē
ad sctuariū. Feceruntqꝫ mo
yses et aaron et omnis
multitudo filiorū isrl' su
per leuitas que preceperat
dñs moysi. Purificati
qꝫ sunt: et lauerūt vesti
menta sua. Eleuauitqꝫ
eos aaron in cōspectu
dñi. et orauit p eis: ut

purificati ingrederentur ad
officia sua in tabernacu
lo federis coram aaron et
filiis eius. Sicut precepe
rat dominus moysi de levitis:
ita factum est. Locutusque
est dominus ad moysen dicens.
Hec est lex levitarum. A vi
ginti quinque annis et supra:
ingredientur ut ministrent
in tabernaculo federis. Cum
que quinquagesimum annum
etatis impleverint: servire
cessabunt. Eruntque ministri
fratrum suorum in taberna
culo federis: ut custodiant
que sibi fuerint commen
data: opera autem ipsa non
faciant. Sic dispones le
vitas in custodiis suis.

Locu Capitulum ix.
tus est dominus ad
moysen in deser
to synai anno secundo
postquam egressi sunt de ter
ra egipti. mense primo
dicens. Faciant filii israel
phase in tempore suo.
quartadecima die mensis
huius ad vesperam: iuxta
omnes cerimonias et
iustificationes eius. Pre
cepitque moyses filiis israel:
ut facerent phase. Qui fe
cerunt tempore suo quartadeci
ma die mensis ad vespe
ram: in monte synai. Iuxta
omnia que mandaverat dominus
moysi: fecerunt filii israel.
Ecce autem quidam immundi
super anima hominis
qui non poterant facere pas
cha in die illo: accedentes
ad moysen et aaron di
xerunt eis. Immundi sumus
super anima hominis. Quare
fraudamur: ut non vale
amus offerre oblationem
domino in tempore suo inter
filios israel? Quibus respon
dit moyses. State ut con
sulam quid precipiat dominus
de vobis. Locutusque dominus
ad moysen dicens. Loquere
filiis israel. Homo qui fue
rit immundus super anima.
sive in via procul in gen
te vestra: faciat phase domino

mense secūdo. q̄rtadecima
die mensis ad vesperam.
Cum azimis et lactucis
agrestib; comedent illud.
Nō relinquent ex eo q̄ppiā
usq; mane: et os eius nō
cōfringent. Omnē ritum
phase observabūt. Si q̄s
autē mundus est et in iti
nere nō fuit et tamē non
fecit phase. exterminabit̄
anima illa de populis
suis: quia sacrificiū dño
nō obtulit in tēpore suo:
peccatū suū ipse portabit.
Peregrinus quoq; et ad
vena si fuerit apud vos:
faciet phase dñi iuxta ce
rimonias et iustificatio
nes eius. Preceptū idem
erit apud vos: tam adve
ne q̄m indigene. Igit̄ di
e qua erectū est taberna
culū: operuit illud nubes.
A vespere autē sup tento
riū erat q̄si species ignis.
usq; mane. Sic fiebat iu
giter. Per diē operiebat
illud nubes: et per noctē
quasi species ignis. Cūq;
ablata fuisset nubes que
tabernaculū ꝓtegebat:
tunc ꝓficiscebant̄ filii isrl̄.
Et in loco ubi stetisset nu
bes: ibi castrametabant̄.
Ad imperiū dñi ꝓficisce
bant̄: et ad imperiū illi᷒
figebant tabernaculum.
Cunctis dieb; quib; stabat
nubes sup tabernaculū:
manebāt in eodē loco. Et
si evenisset ut multo tpe
maneret sup illud: erāt
filii isrl̄ in excubiis dñi.
et nō ꝓficiscebant̄ quot
quot dieb; fuisset nubes
sup tabernaculū. Ad im
periū dñi erigebāt tento
ria: et ad imperiū illius
deponebāt. Si fuisset nu
bes a vespere usq; ad ma
ne. et statim diluculo ta
bernaculū reliquisset: ꝓ
ficiscebātur. Et si post di
em et noctē recessisset: dis
sipabāt tentoria. Si bi
duo aut uno mēse vel
lōgiori tempore fuisset

super tabernaculum: mane
bant filii israel in eodem loco.
et non proficiscebantur. Statim
autem ut recessisset: move
bant castra. Per verbum
domini figebant tentoria: et
per verbum illius proficisceban
tur. Erantque in excubiis
domini: iuxta imperium eius
per manum moysi. Capitulum
L ocutus est decimum.
dominus ad moysen
israel: ut valles nemorose.
ut orti iuxta fluvios irrigu
i: ut tabernacula que fixit
dominus: quasi cedri propter aquas.
Fluet aqua de situla eius: et
semen illius erit in aquas
multas. Tolletur propter agag
rex eius: et auferetur regnum
illius. Deus eduxit illum de egip
to: cuius fortitudo similis est
rinocerotis. Devorabunt gen
tes hostes illius: ossaque eorum
confringent. et perforabunt sagit
tis. Accubans dormivit ut
leo: et quasi leena quam susci
tare nullus audebit. Qui be
nedixerit tibi. erit ipse benedic
tus: qui maledixerit tibi. in
maledictione reputabitur.
Iratusque balach contra ba
laam: complosis manibus
ait. Ad maledicendum inimi
cis meis vocavi te: quibus
econtrario tercio benedixisti.

Reuertere ad locum tuum. Decre
ueram quidem magnifice hono
rare te: sed dns priuauit te
honore disposito. Rndit
balaam ad balach. Non
ne nunciis tuis quos misisti
ad me dixi. si dederit michi
balach plenam domum suam
argenti et auri. non potero
preterire sermonem dni dei mei.
ut vel boni quid vel mali
proferam ex corde meo: sed
quicquid dns dixerit hoc lo
quar? Uerumptamen pergens
ad populum meum: dabo tibi con
silium quid populus tuus huic
populo faciat in extremo
tempore. Sumpta igitur parabola.
rursum ait. Dixit balaam fi
lius beor. dixit homo cuius
obturatus est oculus: dixit
auditor sermonum dei. qui no
uit doctrinam altissimi et vi
siones omnipotentis videt: qui
cadens apertos habet oculos.
Uidebo eum: sed non modo. In
tuebor illum: sed non prope.
Orietur stella ex iacob: et
consurget virga de israel. Et
percutiet duces moab. vasta
bitque omnes filios seth: et erit
ydumea possessio eius. He
reditas seyr cedet inimicis su
is: israel vero fortiter agetur.
De iacob erit qui dominetur:
et perdat reliquias ciuitatis. Cum
que vidisset amalech: assumens
parabolam ait. Principium gen
tium amalech: cuius extrema
perdentur. Uidit quoque ci
neum: et assumpta parabola
ait. Robustum est quidem ha
bitaculum tuum: sed si in pe
posueris nidum tuum. et fue
electus de stirpe cayn. quam
diu poteris permanere? Assur
enim capiet te. Assumptaque
parabola: iterum locutus est.
Heu quis victurus est. quan
do ista faciet deus? Uenient
in trieribus de ytalia: supera
bunt assyrios vastabunt
que hebreos: et ad extremum
etiam ipsi peribunt. Surrexit
que balaam. et reuersus est in
locum suum: balach quoque
via qua venerat rediit.

Capitulum vicesimumquintum.

Morabat᷑ aut̄ eo tē
pore israel ī sethim.
Et fornicatus est
ppłs cum filiab; moab. q̄
vocauerūt eos ad sacrifici
a sua. At illi comederūt et
adorauerūt deos earū. inia
tus q; est israel beelphegor.
Et iratus dn̄s ait ad moy
sen. Tolle cūctos principes
populi. et suspende eos cō
tra solem in patibulis: ut
auertatur furor meus ab is
rael. Dixitq; moises ad iu
dices israel. Occidat unus
quisq; proximos suos: qui
iniciati sunt beelphegor.
Et ecce unus de filijs israel
intrauit corā fratrib; suis
ad scortū madianiten. vi
dente moyse et omī turba
filiorū israel: qui flebant
ante fores tabernaculi. Qđ
cū vidisset phinees filius
eleazari filij aaron sacerdo
tis. surrexit de medio multitu
dinis: et arrepto pugione
ingressus est post virū isra
elitem in lupanar: et pfo
dit ambos simul virū sci
cet et mulierē in locis geni
talib;. Cessauitq; plaga a
filijs israel: et occisi sunt vi
ginti quatuor milia hoīm. Dix
itq; dn̄s ad moisen. Phine
es filius eleazari filij aarō
sacerdotis. auertit irā meā
a filijs israel: q̄a zelo meo
cōmotus est contra eos. ut
nō ipse delerē filios israel ī
zelo meo. Idcirco loquere
ad eos. Ecce do ei pacē federis
mei: et erit tam ipsi q̄m se
mini illius pactū sacerdo
tij sempiternū: q̄a zelatus
est pro deo suo. et expiauit
scelus filiorū isrl̄. Erat aut̄
nomē viri israelite qui oc
cisus est cū madianitide
zambri filius salu: dux de
cognatione et tribu syme
onis. Porro mulier madi
anitis. que pariter interfec
ta est vocabat᷑ chozbi fili
a sur principis nobilissimi
madianitarū. Locutusq;
est dn̄s ad moisen dicens.
Hostes vos sentiant madi

farite. et percutite eos: quia et
ipsi hostiliter egerunt contra
vos. et decepere insidiis per
ydolum phogor. et chozbi fi
liam ducis madian sororem
suam: que percussa est in die
plage pro sacrilegio pho
Postquam Capitulum xxvi. gor.
noxiorum sanguis
effusus est: dixit
dominus ad moysen et ad eleaza
rum filium aaron sacerdotem. Nu
merate omnem summam filio
rum israel a viginti annis et supra.
per domos et cognationes su
as: cunctos qui possunt ad
bella procedere. Locuti sunt itaque
moyses et eleazar sacerdos
in campestribus moab super
iordanem contra iericho. ad
eos qui erant a viginti annis
et supra sicut dominus imperarat
quorum iste est numerus. Ru
ben primogenitus israel. Hu
ius filius enoch: a quo fa
milia enochitarum. Et phal
lu: a quo familia phallui
tarum. Et esrom: a quo fami
lia esromitarum. Et charmi:

a quo familia charmitarum.
Hee sunt familie de stirpe
ruben quarum numerus inve
tus est quadraginta tria mili
a et septingenti triginta. Filius
phallu heliab. Huius filii
namuhel et dathan et abi
ram. Isti sunt dathan et abi
ram principes populi qui consur
rexerunt contra moysen et aa
ron in seditione chore quan
do adversum dominum rebellaverunt.
et aperiens terra os suum
devoravit chore morientibus
plurimis: quando combussit
ignis ducentos quinquaginta vi
ros. Et factum est grande mi
raculum: ut chore pereunte
filii illius non morerentur.
Filii symeon per cognatio
nes suas. Namuhel: ab ho
familia namuhelitarum.
Iamin: ab hoc familia ia
minitarum. Iachin: ab ho
familia iachinitarum. Za
re: ab hoc familia zareita
rum. Saul: ab hoc familia
saulitarum. Hee sunt famili
de stirpe symeon: quarum

omnis numerus fuit viginti
duo milia ducentorum. Filii
gad per cognationes suas.
Sephon: ab hoc familia
sephonitarum. Aggi: ab hoc
familia aggitarum. Suni:
ab hoc familia sunitarum.
Ozni: ab hoc familia oz
nitarum. Her: ab hoc fami
lia heritarum. Harod: ab
hoc familia haroditarum.
Arihel: ab hoc familia ari
helitarum. Iste sunt familie
gad: quarum omnis nume
rus fuit quadraginta milia
quingentorum. Filii iuda. her et
onan: qui ambo mortui
sunt in terra chanaan. Fue
runtque filii iuda per cognati
ones suas. Sela: a quo
familia selaitarum. Pha
res: a quo familia pha
resitarum. Zare: a quo fa
milia zareitarum. Porro
filii phares esrom: a quo
familia esromitarum. Et
amul: a quo familia a
mulitarum. Iste sunt fami
lie iuda: quarum omnis
numerus fuit septuagin
ta milia quingentorum. Filii y
sachar. per cognationes su
as. Thola: a quo familia
tholaitarum. Phua: a quo
familia phuaitarum. Iasub:
a quo familia iasubitarum.
Semram: a quo familia
semramitarum. Hee sunt
cognationes ysachar: quorum
numerus fuit sexaginta qua
tuor milia trecentorum. Filii
zabulon per cognationes
suas. Sared: a quo familia
sareditarum. Helon: a quo
familia helonitarum. Ialel:
a quo familia ialelitarum.
Hee sunt cognationes za
bulon: quarum numerus
fuit sexaginta milia quin
gentorum. Filii ioseph per cog
nationes suas: manasse
et ephraym. De manasse
ortus est machir: a quo
familia machiritarum.
Machir genuit galaad:
a quo familia galaadi
tarum. Galaad habuit
filios. Iezer: a quo fa

milia hiezeritarū. Et helech:
a quo familia helechitarū.
Et asrihel: a quo familia
asrihelitarū. Et sechem: a
quo familia sechemitarū.
Et semidā: a quo familia
semidaitarū. Et epher: a q̄
familia epheritarū. Fuit
autē epher pater salphaad.
qui filios nō habebat sed
tantū filias: quarū ista
sunt nomīa. Maala et
noha et egla et melcha et
thersā. Hee sunt familie
manasse: et numerus earū
quīq̄ginta duo milia sep
tingentoꝝ. Filij autē ephraym
per cognationes suas fue
runt hij. Suthalā: a quo
familia suthalaitarū. Be
cher: a quo familia beche
ritarū. Thehen: a quo fami
lia thehenitarū. Porro fi
lius suthala fuit heran:
a quo familia heranitarū.
Hee sunt cognationes fili
orū ephraym: quarū nu
merus fuit triginta duo
milia q̄ngētoꝝ. Isti sunt

filij ioseph per familias
suas. Filij beniamin ī cog
nationibꝫ suis. Bale: a
quo familia baleitarum.
Azbel: a quo familia azbe
litarū. Ahyrā: a quo fami
lia ahyranitarū. Supha
ni: a quo familia suphani
tarū. Huphanū: a quo fa
milia huphamitarū. Filij
bale: hered et noeman. De
hered: familia hereditarū.
De noemā: familia no
emanitarū. Hij sūt filij
beniamin per cognatio
nes suas: quarū numerus
fuit q̄draginta quīq̄ milia
sexcentorū. Filij dan p cog
nationes suas. Suhami: a
quo familia suhamitarū.
Hee sūt cognationes dan
per familias suas. Omnes
fuere suhamite: quoꝝ nu
merus erat sexaginta q̄tuor
milia q̄dringentoꝝ. Filij a
ser per cognationes suas.
Iemnā: a quo familia iem
naitarū. Iessui: a quo fa
milia iessuitarū. Brie: a q

familia brieitarū. Filij brié:
habér: a quo familia habe
ritarū. Et melchihél: a quo
familia melchihelitarum.
Nomē autē filie asér: fuit
sara. Hee cognationes fili
orū asér: et numerus eorum
quinquaginta tria milia q̄dringentorum.
Filij neptalim per
cognationes suas. Iessihel:
a quo familia iessihelitā
rū. Guni a quo familia
gunitarū. Iesér: a quo fa
milia iesertarū. Sellem:
a quo familia sellemitarū.
Hec sūt cognationes filiorum
neptalim per familias su
as: quorū numerus fuit
q̄dragintaquinq; milia qua
dringentorum. Ista est sūma
filiorū israel. qui recēsiti
sunt: sexcenta milia et mil
le. septīgenti triginta. Locu
tusq; est dn̄s ad moysen
dicens. Istis diuidetur terra
iuxta numerū vocabulorum
in possessiones suas. Plu
ribz maiorē partē dabis:
et paucioribz minorem.

Singulis sicut nūc recēsiti
sunt tradet̄ possessio: ita dū
taxat ut sors terrā tribubz
diuidat et familijs. Q̄cq̄d
sorte cōtigerit: hoc vel plu
res accipiāt vel pauciores.
Hic quoq; est numerus fili
orū leui per familias suas.
Gersōn: a quo familia
gersonitarū. Caath: a quo
familia caathitarū. Mera
ri: a quo familia meraríta
rū. Hee sunt familie leui.
Familia lobni. familia
ebroni. familia mooli. fa
milia musi. familia chori.
At uero caath genuit amrā:
qui habuit uxorē iocabed
filiā leui que nata est ei in
egipto. Hec genuit viro
suo amram. filios aaron
et moysen et mariā sororē
eorum. De aaron: orti sunt
nadab et abiu. et eleazar
et ythamar. Quorū na
dab et abiu mortui sunt:
cū obtulisset ignē alienū
corā dn̄o. Fueruntq; omnes
qui numerati sūt viginti

tia nulla generis mascu
lini ab vno mense et supra:
quia non sunt recensiti inter
filios israel: nec eis cum ceteris
est data possessio. Hic est
numerus filiorum israel: qui
descripti sunt a moise et
eleazaro sacerdote in cam
pestribus moab supra iorda
nem contra iericho. Inter quos
nullus fuit eorum qui ante
numerati sunt a moyse et
aaron. in deserto synai.
Predixerat enim dominus quod omnes
morerentur in solitudine.
Nullusque remansit ex eis:
nisi caleb filius iephone
et iosue filius nun. Capitulum
Accesserunt autem xxvii.
filie salphaad. fi
lij epher: filij ga
laad filij machir. filij ma
nasse. qui fuit filius ioseph:
quarum sunt nomina. maala
et noha et egla et melcha
et thersa: steteruntque coram
moyse et eleazaro sacerdo
te. et cunctis principibus populi
ad ostium tabernaculi fede
ris. atque dixerunt. Pater
noster mortuus est in de
serto. nec fuit in sedicione
que concitata est contra do
minum sub chore: sed in
peccato suo mortuus est.
Hic non habuit mares
filios. Cur tollitur nomen
illius de familia sua: quia
non habet filium? Date no
bis possessionem inter cog
natos patris nostri. Retulit
que moyses causam earum ad
iudicium domini. Qui dixit
ad eum. Iustam rem postu
lant filie salphaad. Da
eis possessionem inter cogna
tos patris sui: et ei in he
reditate succedant. Ad filios
autem israel loqueris hec. Ho
mo cum mortuus fuerit
absque filio: ad filiam eius
transibit hereditas. Si fi
liam non habuerit: habebit
successores fratres suos. Quod
si et fratres non fuerint: dabi
tis hereditatem fratribus patris
eius. Sin autem nec patruos
habuerit: dabitur hereditas

filiis qui ei proximi sunt. Eritque hoc filiis israel sanctum lege perpetua: sicut precepit dominus moysi. Dixit quoque dominus ad moysen. Ascende in montem istum abarim: et contemplare inde terram quam daturus sum filiis israel. Cumque videris eam. ibis et tu ad populum tuum sicut ivit frater tuus aaron: quia offendistis me in deserto syn. in contradictione multitudinis. nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hee sunt aque contradictionis. in cades deserti syn. Cui respondit moyses. Provideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc. et possit exire et intrare ante eos. et educere illos vel introducere: ne sit populus domini sicut oves absque pastore. Dixitque dominus ad moysen. Tolle iosue filium nun. virum in quo est spiritus dei: et pone manum tuam super eum. Qui stabit coram eleazaro sacerdote et omni multitudine: et dabis ei precepta cunctis videntibus et partem glorie tue: et audiat eum omnis synagoga filiorum israel. Pro hoc si quid agendum erit: eleazar sacerdos consulet dominum. Ad verbum eius egredietur et ingredietur ipse et omnes filii israel cum eo: et cetera multitudo. Fecit moyses ut preceperat dominus. Cumque tulisset iosue: statuit eum coram eleazaro sacerdote. et omni frequentia populi. Et impositis capiti eius manibus. cuncta replicavit que mandaverat dominus. Capitulum xxviii.

Dixit quoque dominus ad moysen. Precipe filiis israel: et dices ad eos. Oblationem meam et panes et incensum odoris suavissimi. offerte per tempora sua. Hec sunt sacrificia que offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos. cotidie in holocaustum sempiternum. unum

offeretis mane: et alterum
ad vespm. Decimã partẽ
ephi simile. que cõspsa sit
oleo purissio: et habeat
quartã partẽ hyn. Holo
caustũ iuge est quod ob
tulistis in mõte synai in
odorẽ suauissimũ incensi
dñi: et libabitis vini qrtã
partẽ hyn per agnos sin
gulos in sctuario dñi.
Alterũqz agnũ similiter
offeretis ad vesperã iuxta
omnẽ ritũ sacrificij matu
tini et libamẽtor eius: ob
lationẽ suauissimi odoris
dño. Die aut sabbati offe
retis duos agnos ãniculos
immaculatos. et duas decĩas
simile. oleo cõspse ĩ sacrifi
tio: et liba que rite fũdunt
per singula sabbata ĩ ho
locaustũ sempiternũ. In
kalendis aut id ẽ ĩ mẽsiũ
exordijs offeretis holocau
stũ dño. vitulos de armẽto
duos. arietẽ vnũ. agnos
ãniculos septẽ immaculatos:
et tres decĩas simile oleo

cõspse ĩ sacrificio p singlos
vitulos: et duas decĩas simi
le oleo cõspse p siglos arie
tes: et decimã decie simile c
oleo cõspse ĩ sacrificio p agnos
siglos holocaustũ suauissi
odoris atqz icẽsi ẽ dño. Libamĩa
aũ vini q p siglas fũdeda s
victĩas: ista erũt. Media p
hyn per vitulos singulos:
tercia per arietẽ: quarta
per agnũ. Hoc erit holo
caustũ per omes menses:
qui sibi ãno vertẽte succ
dũt. Hircus quoqz offere
tur dño pro peccis in holo
caustũ sẽpiternũ. cũ liba
mentis suis. Mense autẽ
primo qrtadecĩa die me
sis phase dñi erit: et quĩt
decima die sollẽpnitas a
zimorũ. Septẽ diebus ve
cẽtur azimis: quarũ dies
prima venerabilis et sc
erit. Omne opus seruile n
facietis in ea. Offeretisqz
in icensũ holocaustũ dño
vitulos de armẽto duos
et arietẽ vnũ. agnos ãni

culos īmaculatos septē.
et sacrificia singulorū ex
simila que cōspsa sit ole
o: tres decimas per singu
los vitulos. et duas deci
mas per arietē. et decimā
decime per agnos singu
los id est per septē agnos:
et hircū pro peccato vnū
ut expietur pro vobis: p
ter holocaustū matutinū.
quod semp offeretis. Ita
facietis per singulos dies
septē dierū in fomitē ignis
et in odorē suauissimū dn̄o:
qui surget de holocausto et
de libationibȝ singulorȝ. Di
es quoqȝ septim⁹ celeberri
mus et sanctus erit vobis.
Omē opus seruile nō fa
cietis in eo. Dies etiā primi
tiuorū quādo offeretis no
uas fruges dn̄o expletis eb
domadibȝ: venerabilis et
sancta erit. Omne opus
seruile non facietis in ea.
Offeretisqȝ holocaustū ī
odorē suauissimū dn̄o. vi
tulos de armēto duos. a

rietem vnū. et agnos an
niculos īmaculatos septē:
atqȝ in sacrificijs eorȝ simi
le oleo cōsperse. tres decīas
per singulos vitulos. per
arietē duas. per agnos de
cimā decime qui simul sūt
agni septē: hircū quoqȝ
qui mactatur pro expia
tione pter holocaustū se
piternū: et liba eius. Im
maculata offeretis omīa
cū libationibȝ suis. Cap̄ xxix.

Ensis etiā septimi
prima dies vene
rabilis et sancta
erit vobis. Omē opus ser
uile non facietis in ea: q̄a
dies clangoris est et tuba
rū. Offeretisqȝ holocaustū
in odorē suauissimū dn̄o.
vitulū de armēto vnū. ari
etem vnū. agnos āniculos
īmaculatos septē: et ī sa
crificijs eorū simile oleo cō
spse. tres decimas per singu
los vitulos. duas decimas
per arietē. vnā decimā per
agnū. qui simul sūt agni

septē: et hircū pro pctō qui
offertur in expiationē ppli:
pter holocaustū kalēdarū
cū sacrificiis suis. et holo
caustū sempiternū cū libati
onibz solitis. Eisdē cerimoniis
offeretis in odorē suauissi
mū incensū dnō. Decima
quoqz dies mēsis huius
septimi erit vob scā atqz ve
nerabilis: et affligetis ai
mas vrās. Omne opus ser
uile non facietis in ea. Of
feretis qz holocaustū dnō i
odorē suauissimū. vitulū
de armēto vnū. arietē vnū.
agnos āniculos īmacula
tos septē: et in sacrificiis e
orū simile oleo cōsperse
tres decimas per vitulos
singulos. duas decimas
per arietē. decimā decime p
agnos singulos. qui sunt
simul septē agni: et hircū
pro peccato: absqz hiis que
offerri pro delicto solent in
expiationē et holocaustū
sempiternū in sacrificio et
libamībz eorū. Quītadecīa
vero die mensis septimi q
vobis erit scā atqz venera
bilis. omne opus seruile nō
facietis in ea: sed celebrabi
tis solēpnitatē dnō septē
diebz. Offeretisqz holocau
stū in odorē suauissimū
dnō. vitulos de armento
tredecim. arietes duos. ag
nos āniculos qtuordecim
īmaculatos: et in libamē
tis eorū simile oleo cōsperse
tres decimas per vitulos sin
gulos. qui sunt simul vitu
li tredecī. et duas decimas
arieti vno. id est simul ari
etibz duobz. et decimā decimē
agnis singulis qui sunt simul
agni qtuordecī: et hircū p
peccato: absqz holocausto
sempitno et sacrificio et li
bamīe eius. In die altero of
feretis vitulos de armēto du
odecī. arietes duos. agnos a
niculos īmaculatos qtuor
decim: sacrificiaqz et libami
na singulorū per vitulos et
arietes et agnos rite celebra
bitis: et hircū pro pctō:

absq; holocausto sempiterno.
sacrificioq; eius et libamine
eius. Die tercio offeretis vitu
los undecim. arietes duos. ag
nos anniculos immaculatos
quatuordecim: sacrificiaq; et li
bamina singulorum per vitu
los et arietes et agnos rite
celebrabitis: et hircum pro
peccato: absq; holocausto
sempiterno et sacrificioq; et
libamine eius. Die quarto offe
retis vitulos decem. arietes du
os. agnos anniculos immacu
latos quatuordecim: sacrificiaq;
eorum et libamina singulorum
per vitulos et arietes et ag
nos rite celebrabitis: et hir
cum pro peccato: absq; holocau
sto sempiterno. sacrificioq;
eius et libamine. Die quinto
offeretis vitulos novem. arie
tes duos. agnos anniculos
immaculatos quatuordecim: sac
rificiaq; et libamina singulo
rum per vitulos et arietes et
agnos rite celebrabitis:
et hircum pro peccato: absq; ho
locausto sempiterno: sacri
ficioq; eius et libamine. Die
sexto offeretis vitulos octo.
et arietes duos. agnos anni
culos immaculatos quatuorde
cim: sacrificiaq; et libamina
singulorum per vitulos et a
rietes et agnos rite celebra
bitis: et hircum pro peccato:
absq; holocausto sempiterno.
sacrificioq; eius et libamine.
Die septimo offeretis vitulos
septem. arietes duos. agnos
anniculos immaculatos quatu
ordecim: sacrificiaq; et liba
mina singulorum per vitulos
et arietes et agnos rite cele
brabitis: et hircum pro peccato:
absq; holocausto sempiterno.
sacrificioq; eius et libamine.
Die octavo qui est celeber
rimus omne opus servile
non facietis: offerentes holo
caustum in odorem suavissimum
domino. vitulum unum. arietem
unum. agnos anniculos im
maculatos septem: sacrificia
q; eius et libamina singu
lorum per vitulos et arietes et
agnos rite celebrabitis: et

hircū pro peccato: absq; ho
locausto sempitno. sacrificio
q; eius et libamīe. Hec offe
retis dnō in sollēpnitatibus
vrīs. pter vota et oblatio
nes spōtaneas: in holocau
sto in sacrificio. in libamīe
et in hostiis pacificis. Capl'
xxx.
Narrauitq; moyses filiis israel
omnia que ei dnūs
īperauerat: et locutus est ad
pncipes tribuū filiorum israel.
Iste est sermo. quē precepit
dnūs. Si quis virorum votū
dnō vouerit. aut se cōstrīx
erit iuramēto: nō faciet ir
ritū verbū suū: sed omne
quod promisit implebit.
Mulier si quippiā vouerit.
et se cōstrīxerit iuramēto q̄
est in domo patris sui. et in
etate adhuc puellari: si cog
nouerit pater votū quod
pollicita est. et iuramentū
qd' obligauit aīmā suam
et tacuerit: voti rea erit. Qc
quid pollicita est et iurau
opere cōplebit. Sin autē
statim ut audierit cōtradix
erit pater. et vota et iura
menta eius irrita erūt: nec
obnoxia tenebitur spōsio
ni: eo qd' cōtradixerit pater.
Si maritū habuerit et vo
uerit aliquid et semel ver
bū de ore eius egrediens aī
mā illius obligauerit iura
mēto: quo die audierit vir.
et nō cōtradixerit voti rea
erit: reddetq; qd'cūq; pmise
rat. Sin autē audiens sta
tim cōtradixerit. et irritas
fecerit omnes pollicitationes
eius. verbaq; quib; obstrix
erat aīmā suā: ppicius ei
erit deus. Vidua et repudi
ata quicqd vouerint reddāt.
Uxor in domo viri cū se vo
to cōstrīxerit et iuramento.
si audierit vir et tacuerit.
nec cōtradixerit spōsioni:
reddat qd'cūq; promiserat.
Sin autē extimplo cōtradix
erit. non tenebitur pmissio
nis rea. quia maritus cō
tradixit: et dnūs ei ppicius
erit. Si vouerit et iurame

to se cõstrinxerit ut p ieiu
niũ vel ceterarũ rerũ absti
nentiã affligat aĩmã suã:
in arbitrio viri erit ut fa
ciat siue non faciat. Quod si
audiẽs vir tacuerit. et ĩ al
terã diem distulerit senten
tiã: quicquid vouerat atq
promiserat reddet: quia
statim ut audiuit tacuit.
Sin autẽ cõtradixerit post
q̃m resciuit: portabit ipse
iniquitatẽ eius. Iste sunt le
ges quas cõstituit dñs mo
ysi inter virũ et uxorẽ: inter
patrẽ et filiã que in puel
lari adhuc etate est: vel q̃
manet in parẽtis domo.
Locutus Cap xxxi.
q3 est dñs ad mo
ysen dicens. Ul
ciscere prius filios israel de
madianitis: et sic colligẽ
ris ad pplm tuũ. Statimq3
moyses. Armate ĩquit ex
vobis viros ad pugnam:
qui possint ultionẽ dñi
expetere de madianitis.
Mille viri de singulis tri

bubus eligantur ex israel:
qui mittantur ad bellũ. De
derũt q3 millenos de cũctis
tribubz. id est duodecĩ mi
lia expeditorũ ad pugnã:
quos misit moyses cum
phinees filio eleazari sac
dotis. Vasa quoq3 sancta
et tubas ad clangendum
tradidit ei. Cũq3 pugnas
sent contra madianitas
atq3 vicissent: omẽs mares
occiderũt. et reges eorũ. eui
et recem. et sur et ur et rebe
quinq3 pricipes gentis. Ba
laam quoq3 filiũ beor in
terfecerũt gladio. Ceperũt
q3 mulieres eorũ et paruu
los: omĩaq3 pecora. et cũc
tam supellectilẽ. quicquid
habere poterant depopula
ti sũt. Tam urbes q̃m vicu
los et castella flãma con
sũpsit. Et tulerũt predã et
vniuersa que ceperãt tam
ex homĩbz q̃m ex iumẽtis:
et adduxerũt ad moysen
et eleazarũ sacerdotẽ. et ad
omnẽ multitudinẽ filiorũ

israel. Reliqua etiã utensilia
portauerũt ad castra ĩ cã
pestribꝫ moab: iuxta ior
danem cõtra iericho. Egressi
sunt autẽ moyses et eleazar
sacerdos. et omnes principes
synagoge in occursũ eorũ
extra castra. Iratusqꝫ mo
yses principibꝫ exercitus. tri
bunis et cẽturionibꝫ qui
uenerãt de bello: ait. Cur fe
minas reseruastis? Nõne
iste sũt que deceperũt filios
isrl' ad suggestionẽ balaã
et preuaricari fecerũt vos ĩ
dño sup peccato phogor. vn
de et percussus est populus?
Ergo cunctos interficite. quicquid
est generis masculini etiã
paruulos: et mulieres q̃
nouerũt viros in coitu
iugulate. Puellas autẽ et
omnes feminas virgines
reseruate vobis: et mane
te extra castra septẽ diebꝫ.
Qui occiderit hoiem vel
occisũ tetigerit: lustrabit
die tercio et septĩo. Et de
omni preda siue vestimen
tũ fuerit siue vas. id est a
liquid in utensilia preparatũ.
de caprarũ pellibꝫ et pilis
et ligno expiabit. Eleazar
quoqꝫ sacerdos ad viros exer
citus qui pugnauerãt sic
locutus est. Hoc est preceptũ
legis. quod mãdauit dñs
moysi. Aurũ et argentũ
et es. et ferrũ et stannũ et
plũbũ et omne quod po
test transire per flãmas:
igne purgabit. Quicquid
autẽ ignẽ nõ potest susti
nere: aqua expiationis
sanctificabitur. Et laua
bitis vestimẽta vr̃a die
septimo: et purificati
postea castra intrabitis.
Dixitqꝫ dñs ad moysen.
Tollite summã eorũ que
capta sunt ab homine
usqꝫ ad pecus. tu et elea
zar sacerdos. et omnes
principes vulgi: diuides
qꝫ ex equo predã inter eos
qui pugnauerũt et egressi
sũt ad bellũ. et inter
omnẽ reliquã multitudi

dine. Et separabis partem
dno. ab hys qui pugna
uerunt et fuerunt in bello. v
nam animam de quingentis.
tam ex hominibus quam ex bu
bus et asinis et ouibus: et
dabis eam eleazaro sacer
doti: quia primicie dni sunt.
Ex media quoque parte fili
orum israel accipies quinquage
simum caput hominum et boum
et asinorum. et ouium cunctor
que animantium: et dabis ea leui
tis qui excubant in custodi
is tabernaculi dni. Feceruntque
que moyses et eleazar sacer
dos sicut preceperat dns. Fu
it autem preda quam exercitus
ceperat. ouium sexcenta septu
aginta quinque milia: boum sep
tuaginta duo milia: asinorum
sexaginta milia et mille: anime
hominum sexus feminei. que non
cognouerant viros. trigin
taduo milia. Dataque est me
dia pars hys qui in prelio fu
erunt: ouium trecenta triginta
septem milia quingenta. E
quibus in parte dni suppu
tate sunt oues sexcente septu
aginta quinque: et de bubus
triginta sex milibus. boues
septuaginta duo: et de asinis
triginta milibus quingentis. a
sini sexaginta unus. De ani
mabus hominum sedecim milibus
cesserunt in partem dni trigin
tadue anime. Tradiditque
moyses numerum primicia
rum dni eleazaro sacerdoti. si
cut ei fuerat imperatum. ex
media parte filiorum israel:
quam separauerat hys qui
in prelio fuerant. De media
vero parte que contigerat
relique multitudini. id est de o
uibus trecentis triginta septem
milibus quingentis. et de bubus
triginta sex milibus. et de asinis
triginta milibus quingentis. et
de hominibus sedecim milibus.
tulit moyses quinquagesimum
caput: et dedit leuitis qui
excubabant in tabernaculo
dni. sicut preceperat dns.
Cumque accessissent principes
exercitus ad moysen et tri
buni. centuriones que dixerunt.

Nos servi tui recensuimus nu
merū pugnatorū quos ha
buim⁹ sub manu nr̄a: et
ne unus quidē defuit. Ob
hanc causā offerimus in
donariis dn̄i singuli qđ in
preda auri potuim⁹ invenire.
periscelides. et armillas a
nulos et dextralia. ac mu
renulas: ut depreceris pro
nobis dn̄m. Susceperūt
q; moyses et eleazar sacer
dos omne aurū in diversis
speciebꝫ. pondo sanctuarii
sedecim milia septingētos
quinquaginta siclos: a tri
bunis et cēturionibꝫ. Un⁹
quisq; enī qđ in preda ra
puerat: suū erat. Et suscep
tū intulerūt in tabernacu
lū testimonii: in monimētū
filiorū israel coram dn̄o.

Filii autē Capl̄ xxxii.
ruben et gad ha
bebāt pecora mul
ta: et erat illis in iumētis
infinita substantia. Cūq;
vidissent iazer et galaad
aptas alendis aīalibꝫ
terras: venerūt ad moysen
et ad eleazarū sacerdotem
et principes multitudinis. at
q; dixerūt. Astaroth et dy
bon et iazer et nembra esse
bon et eleale et saban et
nebo et beon. terra quā per
cussit dn̄s in cōspectu filio
rū israel. regio uberrima
est ad pastū aīaliū: et nos
servi tui habem⁹ iumenta
plurima. Precamurq; si in
venim⁹ graciā corā te ut
des nobis famulis tuis eam
in possessionē: nec facias
nos transire iordanem. Cui
respondit moyses. Numquid
fratres vr̄i ibūt ad pugnam
et vos hic sedebitis? Cur
subvertitis mētes filiorum
israel. ne transire audeant
in locū quē eis daturus est
dn̄s? Nonne ita egerunt
patres vr̄i: quādo misi de
cades barne ad explorā
dam trā? Cūq; venissent
usq; ad vallem botri lu
strata omni regione: sub
verterunt corda filiorū isr̄l.

ut non intrarent fines quos
eis dn̄s dedit. Qui iratus
iuravit dicens. Si videbūt
hoīes isti qui ascenderūt
ex egipto a viginti annis
et supra terrā quā sub iura
mento pollicitus sum abra
ham ysaac et iacob. et no
luerūt sequi me: p̄ter caleb
filiū iephone cenezeū. et
iosue filiū nun. Isti ipleue
rūt volūtatē meā. Iratus
qz dn̄s adu'sū israel. circū
duxit eū per desertū quadra
ginta ānis: donec cōsūme
retur universa generatio
que fecerat malū in cōspec
tu eius. Et ecce iquit vos
surrexistis pro patribus
vestris icremēta et alūpni
hoīuū peccatorū: ut au
geretis furorē dn̄i contra
israel. Qui si nolueritis
sequi eū: in solitudīe po
pulū derelinquet: et vos
causa eritis necis omniū.
At illi prope accedētes dix
erūt. Caulas oviū fabri
cabim' et stabula iumen
torū: parvulis quoqz nr̄is
urbes munitas. Nos autē
ipsi armati et accincti per
gemus ad preliū ante fi
lios israel: donec itroduca
mus eos ad loca sua. Par
vuli nostri et quicquid ha
bere possum' erūt in urbi
bus muratis: propter ha
bitatorū insidias. Non
revertem' in domos nr̄as
usqz dū possideant filij is
rael hereditatē suam: nec
quicq̄ q̄rimus trans iorda
nen: quia iam habemus
possessionē nostrā in orie
tali eius plaga. Quibus
moyses ait. Si facitis qd
promittitis. expediti p̄gi
te corā dn̄o ad pugnam:
et omīs vir bellator ar
matus iordanem trāseat:
donec subvtat dn̄s inimi
cos suos. et subiciatur ei
omīs terra. Tūc eritis icul
pabiles et apud dn̄m et
apud israel: et obtinebitis
regiones quas vultis corā
dn̄o. Sin autē quod dici

tis nō feceritis: nulli dubiū
est quin peccetis ī dnm: et sci
tote qm peccatū vrm appre
hendet vos. Edificate ergo ur
bes parvulis vrīs: et caulas
ac stabula ovibz ac iumē
tis: et quod polliciti estis ī
plete. Dixeruntqz filij gad
et ruben ad moysen. Ser
ui tui sumus: faciemus
quod iubet dns noster. Par
vulos nostros et mulieres
et pecora ac iumēta relin
quem⁹ in urbibz galaad:
nos autē famli tui omnes
expediti pgemus ad bellū
sicut tu dne loqueris. Pre
pit ergo moyses eleazaro
sacerdoti et iosue filio nun.
et pricipibz familiarū per
tribz israel: et dixit ad eos.
Si trāsierint filij gad et filij
ruben vobiscū iordanē. oēs
armati ad bellū corā dno.
et vobis fuerit tra subiecta: da
te eis galaad ī possessionē.
Sin autē noluerint transire
vobiscū in terrā chanaan:
inter vos habitādi accipi
ant loca. Responderuntqz filij
gad et filij ruben. Sicut
locutus est dns servis suis:
ita faciemus. Ipsi armati
pergemus corā dno ī terrā
chanaan: et possessionē
iam suscepisse nos cōfitemur
trans iordanē. Dedit itaqz
moyses filijs gad et ruben.
et dimidie tribui manasse
filij ioseph regnū seon regis
amorrei. et regnū og regis
basan: et terram eorū cum
urbibz suis per circuitū. Ig
itur exstruxerunt filij gad
dybon et astaroth et aro
er et roth. sophan et iazer
iecbaa et beth. nembra et
betharan. urbes munitas
et caulas pecoribz suis. Filij
vero ruben edificaverunt
esebon. et eleale et cariatha
im. et nabo et baalmeon.
versis nominibz: sabama
quoqz. imponentes vocabu
la urbibz quas exstruxerant.
Porro filij machir filij ma
nasse pexerunt in galaad.
et vastaverunt eam: interfec

to amorreo habitatore eius.
Dedit ergo moyses terrã
galaad machir filio ma
nassẽ: qui habitauit ĩ ea.
Iahir aũt filius manasse
abijt et occupauit vicos
eius: quos appellauit auo
thiair. id est villas iair.
Nobe quoq; perrexit et app
hendit canath cũ viculis
suis: vocauitq; eã ex noĩe
suo nobe. Capitulũ xxxiii.
Hec sunt mãsiões
filiorum israel qui
egressi sũt de egip
to per turmas suas ĩ manu
moysi et aaron: quas de
scripsit moyses iuxta cas
trorum loca que dñi iussiõe
mutabãt. Profectiq; igit
de ramesse mẽse primo qn
todecĩa die mensis primi.
fecerũt altera die phase filij
isrl in manu excelsa. vidẽ
tibz cũctis egyptijs. et sepe
lientibz p̃mogenitos quos
percusserat dñs. nam et ĩ dijs
eorũ exercuerat ultionẽ: cas
trametati sũt in sochot. Et
de sochot venerũt in etham:
que est in extremis finibus
solitudinis. Inde egressi ve
nerũt cõtra phyayroth que
respicit beelsephon: et cas
trametati sunt ante magdalũ.
Profectiq; de phyayroth trãs
ierũt per mediũ mare in so
litudinẽ. Et ãbulãtes tribz
diebz per desertũ etham: cas
trametati sunt in mara.
Profectiq; de mara venerũt
in helym. ubi erãt duodecĩ
fontes aq̃rũ. et palme sep
tuaginta: ibiq; castrameta
ti sunt. Sed et inde egressi:
fixere tentoria super mare
rubrũ. Profectiq; de mari
rubro: castrametati sũt in
deserto syn. Unde egressi ve
nerũt in depheha. Profecti
q; de depheha: castrametati
sũt in halus. Egressiq; de
halus. in raphidim fixe
re tentoria: ubi aqua p̃plo
defuit ad bibendũ. Profec
tiq; de raphidim: castrame
tati sũt in deserto synai.
Sed et de solitudine synai

egressi: venerũt ad sepulcħ
cõcupiscẽtie. Pfectiq3 de sepul
chris cõcupiscentie: castme
tati sunt in aseroth. Et de a
seroth: venerũt in rethma.
Profectiq3 de rethma: castra
metati sunt ĩ remmonpha
res. Unde egressi: venerũt in
lebna. Et de lebna castmeta
ti sũt in ressa. Egressi de ressa:
venerũt in celatha. Unde p
fecti: castmetati sũt ĩ mõte
sepher. Egressi de mõte sepher:
venerũt in arada. Inde pfi
ciscentes: castrametati sunt
in maceloth. Profectiq3 de
maceloth: venerũt ĩ thaath.
De thaath: castrametati sũt
in thare. Unde egressi: fixerũt
tẽtoria in methca. Et de meth
ca: castrametati sũt ĩ esmo
na. Pfectiq3 de esmona: ve
nerũt in moseroth. Et de mo
seroth: castmetati sunt in
baneiachan. Egressiq3 de ba
neiachan: venerũt in mõtẽ
gadgad. Unde pfecti: castṙ
metati sũt in iethabatha.
Et de iethabatha: venerũt

in ebrona. Egressiq3 de ebro
na: castmetati sũt ĩ asion
gaber. Inde pfecti venerũt
in desertũ syn: hec est cades.
Egressiq3 de cades: castmeta
ti sunt in mõte hor. in extre
mis finib3 terre edom. Ascẽ
ditq3 aaron sacerdos ĩ mõ
tem hor iubẽte dño: et ibi
mortuus est anno qdragẽ
simo egressionis filiorum
israel ex egipto mẽse quĩto
primo die mẽsis: cũ esset ã
norũ centũ viginti triũ. Au
divitq3 chananeus rex arad
qui habitabat ad meridie
in terra chanaan: venisse
filios israel. Et pfecti de mõ
te hor: castrametati sũt in
salmona. Unde egressi ve
nerũt in phinon. Pfectiq3
de phinon: castrametati sũt
in oboth. Et de oboth vene
rũt in ieabarim. que est i
finib3 moabitarũ. Pfecti
q3 de ieabarim: fixere tento
ria in dibongad. Unde egres
si: castrametati sũt in hel
mon deblathayin. Egressi

q3 de helmon deblathaym:
venerūt ad mōtes abarim
cōtra nabō. Pfectiq3 de mō
tibus abarim. transierunt
ad cāpestria moab supra
iordanen cōtra iericho: ibi
q3 castrametati sūt de beth
symon usq3 ad belsattim
in planiorib3 locis moabi
tarū: ubi locutus est dn̄s
ad moysen. Pcipe filys il
rael: et dic ad eos. Quādo
transieritis iordanen intrā
tes terrā chanaan: dispdi
te cūctos habitatores regi
onis illius. Cōfringite ti
tulos et statuas cōminui
te. atq3 omīa excelsa vasta
te: mūdantes terrā et omīs
habitātes in ea. Ego enī
dedi vobis illā in possessi
onē: quā diuidetis vobis
sorte. Pluribz dabitis lati
orem: et paucis āgustiorē.
Singulis ut sors ceciderit:
ita tribuet hereditas. Per
tribus et familias posses
sio diuidet. Si autē nolu
eritis īterficere habitatores
terre: qui remāserint erunt
vobis quasi claui ī oculis
et lancee in laterib3: et ad
uersabūtur vobis in terra
habitationis vr̄e: et quicq̄d
illis facere cogitaueram.
vobis faciam. Cap. xxxiiij.

Locutus est dn̄s
ad moysen dicēs.
Precipe filys isrl:
et dices ad eos. Cū ingressi
fueritis terrā chanaan. et
in possessionē vobis sorte
ceciderit: hys finibz termina
bit. Pars meridiana inci
piet a solitudīe syn que est
iuxta edom: et habebit ter
minos contra orientē mare
salsissimū. Qui circuibūt
australē plagā p ascēsū
scorpionis: ita ut trāseant
in senna. et pueniāt ī me
ridiem usq3 ad cades bar
ne. Unde egredient confi
nia ad villā nomīe adar:
et tendēt usq3 ad asemonā.
Ibitq3 per girū terminus
ab asemona usq3 ad tor
rentē egypti: et maris mag

ni litore finiet. Plage autē
occidētalis a mari magno
termini īcipiēt: et ipō fine
claudētur. Porro ad septē
trionalē plagā a mari
magno termini incipiēt.
pueniētes usqȝ ad montē
altissimū: a quo venies
in emath usqȝ ad termīos
sedadā: ibūtqȝ cōfinia usqȝ
ad zephrona et villā henan
Hij erūt termini in parte
aquilonis. Inde metabūt
fines cont orietalē plagā
de villa henan usqȝ sepha
mā: et de sephama descēdēt
termini in rebla cōtra fon
tē daphnim. Inde pueniēt
cōtra orientē ad mare cene
reth. et tendēt usqȝ ad ior
danen: et ad ultimū salsis
simo claudent mari. Hac
habebitis terrā per fines
suos in circuitu. Precepitqȝ
moyses filijs isrl dicēs. Hec
erit terra quā possidebitis
sorte: et quā iussit dari dns
nouē tribubȝ et dimidie
tribui. Tribus eni filiorū
ruben per familias suas.
et tribus filiorū gad iuxta
cognationū numerū. me
dia quoqȝ tribȝ manasse
id est due et semis tribus:
acceperūt partē suā trans
iordanen cōtra iericho ad
orientalē plagā. Et ait do
minus ad moysen. Hec
sūt nomīa viroꝝ qui terrā
vobis diuidēt. Eleazar sa
cerdos et iosue filius nun:
et singuli principes de tribu
bus singulis. quoꝝ ista st
vocabula. De tribu iuda:
caleb filius iephone. De
tribu symeon: samuel fili
us amiud. De tribu ben
iamin: helydad filius ca
selon. De tribu filioꝝ dan:
bochi filius iogli. Filiorū
ioseph de tribu manasse:
hannihel filius ephod. De
tribu ephraym: chamuhel
filius septhan. De tribu za
bulon: helysaphan filius
pharnach. De tribu ysa
char: dux phaltichel filius
ozan. De tribu aser: ahyud

ud filius salomi. De tribu
neptalim: phedahel filius
amiud. Hy sũt quibz p̄cepit
dñs ut diuideret filiys isrl̄
terrã chanaan. Capitulũ xxxv.

Hec quoqz locutus
est dñs ad moisẽ
in cãpestribz mo
ab: supra iordanen cõtra
iericho. Precipe filiys isrl̄.
ut dent leuitis de possessio
nibz suis urbes ad habitã
dũ. et suburbana earũ p
circuitũ: ut ipi in opidis
maneãt: et suburbana sit
pecoribz ac iumentis. que
a muris ciuitatũ forinsecus
per circuitũ mille passuũ
spacio tendũtur. Cõtra ori
entẽ duo milia erũt cubiti:
et cont̄ meridiẽ similit̄ duo
milia. Ad mare quoqz qd̄
respicit ad occidentẽ eadem
mensura erit: et septẽtrio
nalis plaga equali termi
no finietur. Erũt qz urbes
in medio: et foris suburba
na. De ipsis aũt opidis q̄
leuitis dabitis. sex erũt in fu
gitiuorũ auxilia separata.
ut fugiat ad ea qui fuderit
sanguinẽ: et exceptis hiis
alia quadraginta duo opi
da id est simul q̄draginta oc
to opida cũ suburbanis
suis. Ipse quoqz urbes q̄
dabũtur de possessionibz
filior̄ israel. ab hiis qui
plus habẽt plures auferẽ
tur: et qui minus pauciores
res. Singuli iuxta mẽsurã
hereditatis sue dabũt opi
da leuitis. Ait dñs ad mo
ysen. Loq̄re filiys israel: et
dices ad eos. Quãdo trãsgressi
fueritis iordanen ĩ terrã
chanaan: decernite que ur
bes esse debeant in p̄sidia
fugitiuor̄ qui nolẽtes sã
guinẽ fuderint. In quibus
cũ fugerit p̄fugus. cogna
tus occisi eũ non poterit
occidere: donec stet in cõspectu
multitudĩs. et causa illius
iudicet̃. De ipsis aũt urbi
bz que ad fugitiuor̄ subsi
dia separãtur. tres erũt trãs
iordanen. et tres ĩ t̃ra cha

naan tam filiis isrl' q̃ ad
uenis atq; pegrinis: ut cõ
fugiat ad eas qui nolẽs
sanguinẽ fuderit. Si quis
ferro pcusserit et mortuus
fuerit: qui pcusserit reus
erit homicidii: et ipse mo
rietᷣ. Si lapidẽ iecerit et ict⁹
occubuerit: similit' punietᷣ.
Si ligno pcussus interierit:
pcussoris sanguĩe vĩdica
bitur. Ppinquus occisi ho
micidã interficiet: statim ut
apphenderit eũ pimet. Si
per odiũ quis hoĩnẽ impu
lerit. vel iecerit quippiã ĩ eũ
per ĩsidias: aut cum esset
ĩimicus manu pcusserit et
ille mortuus fuerit: pcussor
homicidii reus erit. Cogna
tus occisi: statĩ ut invenerit
eũ iugulabit. Qđ si fortui
tu et absq; odio et ĩimicici
is q̃cq̃m hoĩ fecerit. et hoc
audiẽte pplo fuerit cõpro
batũ. atq; inter pcussorẽ
et ppinquũ sanguinis q̃stio
ventilata: liberabitᷣ ĩno
cens de ultoris manu. et re
ducetᷣ per sententiã in urbẽ
ad quã cõfugerat: mane
bitq; ibi donec sacerdos mag
nus qui oleo scõ unctus ẽ
moriatᷣ. Si ĩterfector extra
fines urbiũ que exulibz depu
tate sũt fuerit ĩventus. et p
cussus ab eo qui ultor ẽ sã
guinis: absq; noxa erit q̃
eum occiderit. Debuerat eñ
profugus usq; ad mortem
pontificis in urbe residere.
Postq̃ aũt ille obierit:
homicida revertetᷣ in terrã
suã. Hec sempiterna erunt
et legitima in cunctis habita
tionibz vestris. Homicida
sub testibz punietᷣ. Ad uni⁹
testimoniũ: nullus cõdẽpna
bitᷣ. Non accipietis preciũ
ab eo qui reus est sanguĩs:
statim et ipse morietur. Ex
ules et pfugi ante mortẽ
pontificis nullo modo ĩ ur
bes suas reverti poterunt:
ne polluatis terrã habita
tionis vr̃e que ĩsontiũ cru
ore maculatᷣ: nec aliter
expiari potest nisi per eius

saguinē q̄ alterius saguinē
fuerit: atq; ita emūdabitur
vr̄a possessio. me cōmorāte
vobiscū. Ego enī sū dn̄s q̄
habito iter filios israel.

Accesserūt Cap. xxxvi.
autē et p̄ncipes fa
miliarū galaad
filij machir filij manasse de
stirpe filior iosephi: locutiq;
sūt moysi corā p̄ncipibz isr̄l
atq; dixerūt. Tibi dn̄o nr̄o
p̄cepit dn̄s ut terrā sorte di
uideres filijs israel: et ut fili
abus salphaad fratris nr̄i
dares possessionē debitā p̄ri.
Quas si alterius tribz hōines
uxores acceperīt sequetur pos
sessio sua: et translata ad
aliā tribū de nostra hēdita
te minuet̄: atq; ita fiet ut cū
iubileus id ē quīquagesimus
ānus remissionis aduenerit
cōfundat̄ sortiū distributio:
et aliorz possessio ad alios
trāseat. Rūdit moyses filijs
isr̄l: et dn̄o p̄cipiēte ait. Recte
tribz filior ioseph locuta ē:
et hec lex sup filiabz salpha
ad a dn̄o p̄mulgata ē. Nu
bāt quibz volūt. tantū ut
sue tribz hoībz: ne cōmis
ceat̄ possessio filior israel
de tribu ī tribū. Omnes enī
viri ducēt uxores de tribu et
cognatōe sua. et cūcte femie
maritos de eadē tribu acci
piēt: ut hēditas p̄maneat
ī familijs. Nec sibi misceāt̄
tribus: sed ita maneāt ut
a dn̄o separate sūt. Feceruntq;
filie salphaad ut sibi fu
erat imperatū: et nupserūt
maala et thersa et egla et
melcha et noba filij patrui
sui de familia manasse:
qui fuit filius ioseph. Et
possessio q̄ illis fuerāt attri
buta. mās̄it ī tribu et fami
lia patris earū. Hec sunt
mādata atq; iudicia: q̄ p̄ce
pit dn̄s p manū moysi ad
filios isr̄l in cāpestribz mo
ab sup iordanem cōtra iericho.

Explicit liber numeri qui appel
latur hebraice vagedabar. Inci
pit liber helleadabarim. qui
deuteronomium dicitur.



Ec sūt
verba
que lo
cutus
est mo
yses ad
omnem israel trans iorda
nen in solitudine cāpestri
contra mare rubrū inter
pharan et thophel et laban
et aseroth ubi auri est plu
rimū: undecī diebz de horeb.
per viā mōtis seyr usqz ad
cades barne. Quadragesīo
anno. undecīo mense. pmo
die mensis. locutus ē moy
ses ad filios israel omīa q̄
pceperat illi dn̄s ut diceret
eis. postqȝ pcussit seon regē
amorreor. qui habitauit
in esebon. et og regē basan.
qui mansit in aseroth. et ī
edray trans iordanen in t̄
ra moab. Cepitqz moyses
explanare legē. et dicere.
Dn̄s deus noster locutus ē
ad nos in horeb dicens.
Sufficiat vobis qḋ in hoc
mōte mansistis: reūtimini
et venite ad montē amor
reor et ad cetera que ei prox
ima sūt cāpestria atqz mō
tana et humiliora loca cō
tra meridiē et iuxta litus
maris terrā chananeorū
et libani. usqz ad flumen
magnū eufraten. En īquit
tradidi vob. Ingredimini et
possidete eā: sup quā iura
uit dn̄s patribz vestris ab
ham et ysaac et iacob: ut
daret illā eis et semī eorum
post eos. Dixiqz vobis illo
in tēpore. Nō possum solus
sustinere vos. quia dn̄s de
vester mltiplicauit vos: et
estis hodie sicut stelle celi
plurimi. Dn̄s deus patrū
vror addat ad hūc numer
rū mlta milia: et bndicat
vobis sicut locutus est. Nō
valeo solus vestra negocia
sustinere: et pondus ac iur
gia. Date e vobis viros
sapiētes et gnaros. et quo
cōuersatio sit probata in
tribubz vr̄is: ut ponā eos
vob pncipes. Tūc respon



dixistis michi. Bona res est
quã vis facere. Tulique de tri
bubus vr̃is viros sapiẽtes
et nobiles: et cõstitui eos
p̃ncipes et tribunos et cen
turiones et q̃nq̃genarios
ac decanos qui docerẽt vos
singula. Precepi q; eis di
cens. Audite illos: et quod
iustũ est iudicate. Siue civis
sit ille siue pegrinus: nulla
erit distantia psonarũ. Ita
paruũ audietis ut magnũ:
nec accipietis cuiusq̃ psonã:
q̃a dei iudiciũ est. Qđ si dif
ficile vobis aliq̃d visum
fuerit: referte ad me. et ego
audiã. Precepi q; omĩa q̃
facere deberetis. Profecti aũt
de horeb trãsiuim᷒ per here
mũ terribilẽ et maximam
solitudinẽ quã vidistis. p
viã mõtis amorrei: sicut p̃
ceperat dñs deus nr̃ nobis.
Cumq; venissemus in cades
barne: dixi vobis. Venistis
ad montẽ amorrei: quẽ
dñs deus nr̃ daturus est
nobis. Vide terrã quam
dñs deus tuus dat tibi: ascẽ
de et posside eã: sicut locut᷒
est dñs deus nr̃ patribus
tuis. Noli metuere: nec q̃c
q̃m paueas. Et accessistis
ad me omẽs atq; dixistis.
Mittamus viros qui cõsi
derent terrã: et renũciẽt per
quod iter debeam᷒ ascẽdere.
et ad quas pgere ciuitates.
Cumq; michi placuisset: mi
si e vobis duodecĩ viros si
gulos de tribub; suis. Qui
cum perrexissent et ascendisset
in mõtana: venerũt usq;
ad vallẽ botri. Et cõsiderata
terra sumẽtes de fructibus
eius ut ostenderẽt ubertatẽ:
attulerũt ad nos atq; dixe
runt. Bona est t̃ra: quam
dñs deus noster daturus ẽ
nobis. Et noluistis ascẽdere:
sed increduli ad sermonem
dñi dei nostri murmurati es
tis ĩ tabernaculis vr̃is: at
q; dixistis. Odit nos dñs:
et idcirco eduxit nos de t̃ra
egipti. ut traderet in manu
amorrei atq; deleret. Quo

ascendamus? Nuncii terruerūt
cor nr̄m dicētes. Maxima mul-
titudo est. et nobis ī statura
procerior: urbes magne. et
ad celū usq3 munite. Filios
enachim vidim⁹ ibi. Et dixi
vobis. Nolite metuere: nec
timeatis eos. Dn̄s deus q̄
ductor est noster pro vob̄
ipse pugnabit: sicut fecit
in egipto videntibz cunctis.
et in solitudine ipsi vidistis.
Portavit te dn̄s deus tuus.
ut solet homo gestare par-
vulū suū filiū in omni via
per quā ambulastis: donec
veniretis ad locū istū. Et nec
sic quidē credidistis dn̄o deo
vr̄o. qui p̄cessit vos in via.
et metatus est locū in quo
tentoria figere deberetis: noc-
te ostendens vobis iter per
ignē. et die p columpnā nu-
bis. Cumq3 audisset dn̄s
vocē sermonū vestrorum:
iratus iuravit et ait. Nō
videbit quispiā de homi-
nibz generationis huius pessime
terrā bonā quā sub iura-
mēto pollicitus sū patri-
bus vr̄is: p̄ter caleb filiū
iephone. Ipse eā videbit
eam: et ipsi dabo terrā quā
calcavit. et filiis eius: quā
secutus est dn̄m. Nec mi-
randa indignatio ī ppl'm:
cū michi quoq3 iratus dn̄s
propter vos dixit. Nec tu
ingredieris illuc: sed iosue
filius nun minister tuus ipse
intrabit pro te. Hunc exhor-
tare et robora: et ipse terrā
sorte dividet israel. Par-
vuli vr̄i de quibz dixistis
q captivi ducerentur. et fi-
lii qui hodie boni et mali
ignorant distantiā ipsi
ingredientur: et ipsis dabo
terrā et possidebunt eā. Vos
aut revertimini: et abite ī so-
litudinem per viā maris
rubri. Et respondistis mi-
chi. Peccavimus dn̄o. Ascende-
mus atq3 pugnabimus.
sicut p̄cepit dn̄s deus nr̄.
Cumq3 instructi armis pgere-
tis in mōtē: ait michi do-
min⁹. Dic ad eos. Nolite

ascendere neqz pugnetis:
non enī sum vobiscū: ne
cadatis corā īimicis vestris.
Locutus sum et nō audis
tis: sed adversātes īperio
dnī. et tumētes superbia
ascendistis in montē. Ita
qz egressus amorreus qui
habitabat in mōtibz. et
obviam veniens psecut⁹
est vos. sicut solēt apes p̄
sequi: et cecidit de seyr usqz
horma. Cūqz reversi plora
retis corā dnō. nō audivit
vos: nec voci vestre voluit
acquiescere. Sedistis ergo ī
cades barne multo tēpore.
Profecti Capl̄m ij.
qz inde venimus
in solitudinē q̄
ducit ad mare rubrū. sicut
michi dixerat dns: et circu
ivim⁹ montē seyr longo tē
pore. Dixitqz dns ad me.
Sufficit vobis circuire mō
tē istū: ite cōtra aquilonē.
et populo p̄cipe dicens.
Transibitis p̄ t̄minos fra
trū vrōr filiorū esau. qui

habitāt in seyr: et timebūt
vos. Videte ergo diligent̄
ne moveamini contra eos.
Neqz enī dabo vob̄ de terra
eor quantū potest unius
pedis calcare vestigiū: quia
in possessionē esau dedi mō
tem seyr. Cibos emetis ab
eis pecunia et comedetis:
aquā emptā haurietis et
et bibetis. Dns deus tuus
bndixit tibi in omī opere
manuū tuarū. Novit iter
tuū quomō trāsieris solitu
dinē hanc magnā p̄ qua
dragita ānos habitās tecū
dns deus tuus: et nichil tibi
defuit. Cūqz trāsissem⁹ fr̄es
nr̄os filios esau q̄ habitāt
in seyr. per viā cāpestrē de
elath et de asiongaber: ve
nim⁹ ad iter qđ ducit ī deser
tū moab. Dixitqz dns ad
me. Non pugnes cōtra mo
abitas: nec ineas adūsus
eos prelium. Non enī dabo
tibi quicquā de terra eor: quia
filiis loth tradidi ar ī pos
sessionē. Emim primi fu

erūt habitatores eius pp̄ls
magnus et validus: et tā
excelsus ut de enachim stir
pe quasi gygātes crederēt:
et essent similes filiorum
enachim. Denique moabi
te appellāt eos emim. In
seyr autē prius habitaue
runt horrim. Quibꝫ expul
sis atqꝫ deletis habitauerūt
filij esau: sicut fecit israel ī
terra possessionis sue quā
dedit ei dn̄s. Surgētes ergo
ut trāsiremꝰ torrentē zareth:
venimus ad eū. Tempus
autē quo āmbulauimus de
cades barne usqꝫ ad trāsitū
torrentis zareth triginta octo
annoꝝ fuit: donec cōsume
retur omnis generatio hoīnū
bellatorū de castris sicut
iurauerat dn̄s: cuius ma
nus fuit aduersū eos ut in
terirēt de castrorū medio.
Postqꝫ autē uniūsi ceciderūt
pugnatores: locutus est
dn̄s ad me dicēs. Tu trāsi
bis hodie terminos moab.
urbem nomīe ar: et accē

dens in vicinia filioꝝ āmō.
caue ne pugnes cōtra eos.
nec mouearis ad preliū.
Non enī dabo tibi de terra
filioꝝ āmon: quia filijs
loth dedi eā in possessionē.
Terra gygantū reputata
est. et in ipsa olim habita
uerūt gygantes. quos am
monite vocant zomnim.
populus magnus et mul
et procere lōgitudinis. sicut e
nachim. quos deleuit dn̄s
a facie eoꝝ: et fecit illos ha
bitare pro eis sicut fecerat
filijs esau qui habitāt in
seyr. delens horreos et terrā
eorū illis tradēs: quā pos
sidēt usqꝫ ī presens. Eveos
quoqꝫ qui habitabāt ī asa
rim usqꝫ gazā: cappadoces
expulerūt eos. Qui egressi
de cappadocia deleuerūt eos:
et habitauerūt pro illis.
Surgite et transite torrentē
tē arnon. Ecce tradidi in
manu tua seon regē esebō
amorreū et terrā eius. Inci
pe possidere: et cōmitte ad

uersus eũ preliũ. Hodie inci
piam mittere terrorẽ atq;
formidinẽ tuã in ppl̃os. q̃
habitãt sub omni celo: ut
audito noĩe tuo paueant
et in more parturiẽtiũ cõ
tremiscãt et dolore teneant.
Misi ergo nũcios de solitu
dine cademoth ad seon regẽ
esebon: uerbis pacificis di
cens. Trãsibimus per terrã
tuã: publica gradiemur uia:
nõ declinabim᷒ neq; ad dex
terã neq; ad sinistrã. Alimẽ
ta precio uende nob̃ ut ues
camur: aquã pecunia tribue.
tentrionali plaga montis
gaas. Omnisq; illa generati-
o cōgregata est ad patres su-
os. Et surrexerūt filij qui nō
nouerāt dn̄m: et opa que fe-
cerat cū israel. Feceruntq; filij
israel malū in cōspectu dn̄i
et seruierūt baalim et asta-
roth: ac dimiserūt dn̄m deū
patrū suorum. qui eduxerat e-
os de terra egypti: et secuti sūt
deos alienos. deosq; populo-
rū qui habitabāt in circuitu
eorū. et adorauerūt eos: et
ad iracundiā cōcitauerunt
dn̄m dimittētes eum et ser-
uientes baal et astaroth. I-
ratusq; dn̄s cōtra israel: tra-
didit eos in manibz diripiē-
tiū. Qui ceperūt eos et vendi-
derūt hostibz qui habitabāt
per gyrū: nec potuerūt resistere
aduersarijs suis: sed quocū-
q; pgere voluissēt. manus do-
mini erat sup eos sicut locu-
tus est et iurauit eis: et vehe-
menter afflicti sunt. Suscita-
uitq; dn̄s iudices qui libera-
rent eos de vastantiū mani-
bus: sed nec illos audire vo-
luerūt. fornicantes cū dijs
alienis. et adorātes eos. Cito
deseruerūt viā per quā ingres-
si fuerāt patres eorum: et audiē-
tes mandata dn̄i omīa fecere
cōtraria. Cumq; dn̄s iudices
suscitaret in diebz eorū: flecte-
batur misericordia. et audi-
ebat afflictorum gemitus: et

liberabat eos de cede vastan
tium. Postquam autem mortuus es
set iudex revertebantur et mul
to maiora faciebant quam fece
rant patres eorum: sequentes
deos alienos. et servientes eis.
et adorantes illos. Non di
miserunt adinventiones suas:
et viam durissimam per quam
ambulare consueverant. Ira
tusque est furor domini in israel:
et ait. Quia irritum fecit gens
ista pactum meum quod pepigeram
cum patribus eorum. et vocem meam
audire contempsit: et ego non
delebo gentes quas dimisit
iosue et mortuus est: ut in
ipsis experiatur israel. utrum
custodiant viam domini. ut am
bulent in ea. sicut custodierunt
patres eorum. an non. Dimi
sit ergo dominus omnes has nati
ones. et cito subvertere nolu
it: nec tradidit in manibus
iosue. Capitulum iij.

Hee sunt gentes quas
dominus dereliquit. ut e
rudiret in eis israelem. et om
nes qui non noverant bella
chananeorum: et postea disce
rent filij eorum certare cum hos
tibus. et habere consuetudinem
preliandi: quinque satrapas
philistinorum omnemque chana
neum et sydoneum atque eveum
qui habitabant in monte liba
no: de monte baal hermon
usque ad introitum emath. Di
misitque eos ut in ipsis expe
riretur israel: utrum audiret
mandata domini que preceperat
patribus eorum per manum moy
si an non. Itaque filij israel
habitaverunt in medio cha
nanei et hethei et amorrei.
et pherezei. et evei et iebuzei:
et duxerunt uxores filias eorum.
ipsique filias suas eorum filijs tra
diderunt: et servierunt dijs eorum.
Feceruntque malum in conspectu
domini: et obliti sunt dei sui
servientes baalim et astaroth.
Iratusque dominus contra israel tra
diditque eos in manus chusan
rasathaym regis mesopota
mie: servieruntque ei octo annis
Et clamaverunt ad dominum: qui
suscitavit eis salvatorem et

liberauit eos: othoniel vide-
licet filiũ cenez fratrẽ caleb
minorẽ. Fuitq; in eo spũs
dñi: et iudicauit israel. E-
gressusq; est ad pugnã: et
tradidit dñs in manus eius
chusan rasathaym regem
syrie et oppressit eũ. Quie-
uitq; terra quadraginta an-
nis: et mortuus est othoni-
el filius cenez. Addiderunt
aũt filij israel facere malũ
in cõspectu dñi. Qui con-
fortauit aduersus eos eglon
regem moab. quia fecerũt
malũ in cõspectu eius: et
copulauit ei filios ãmon
et amalech. Abijtq; et per-
cussit isrl': atq; possedit ur-
bem palmarũ. Seruierũt
q; filij isrl' eglon regi moab:
decẽ et octo annis. Et postea
clamauerũt ad dñm. Qui
suscitauit eis saluatorẽ vo-
cabulo ahoth. filiũ iera. fi-
lij iemini: qui utraq; ma-
nu utebatur pro dextera.
Miseruntq; filij israel p illũ
munera. eglon regi moab.
Qui fecit sibi gladiũ anci-
pitẽ habentem in medio ca-
pulũ lõgitudĩs palme
manus: et accinctus est eo
subter sagũ in dextero femo-
re. Obtulitq; munera eglõ
regi moab. Erat aũt eglon
crassus nimis. Cũq; obtu-
lisset ei munera: prosecutus
est socios qui cũ eo venerãt.
Et reuersus de galgalis ubi
erãt ydola: dixit ad regem.
Verbũ secretũ habeo ad te
o rex. Et ille imperauit silẽ-
tiũ. Egressis q; omnib; qui
circũ eum erãt: ingressus est
ahoth ad eũ. Sedebat aũt
in estiuo cenaculo solus. Di-
xitq;. Verbũ dñi habeo ad te.
Qui statim surrexit de throno.
Extenditq; ahoth manum
sinistrã. et tulit sicam de dex-
tero femore suo: infixitq; e-
am in ventrẽ eius tam va-
lide. ut capulus ferrũ sequere-
tur in vulnere: ac pinguissimo
adipe stringeretur. Nec eduxit
gladiũ: sed ita ut percusserat
reliqit in corpore. Statim q;

per secreta nature alui ster-
cora proruperunt. Ahoth autem
clausis diligentissime ostiis
cenaculi et obfirmatis sera:
per posticam egressus est. Ser-
ui regis ingressi uiderunt
clausas fores cenaculi: atque
dixerunt. Forsitan purgat
aluum in estiuo cubiculo. Ex-
pectantes que diu donec erubes-
cerent et uidentes quod nullus ape-
riret: tulerunt clauem. Et ape-
rientes: inuenerunt dominum suum ia-
centem in terra mortuum. Ahoth
autem dum illi turbarentur ef-
fugit: et pertransiit locum ydolo-
rum. unde reuersus fuerat. Venit
que in seirath: et statim inso-
nuit bucina in monte ephra-
ym. Descenderuntque cum eo fi-
lii israel: ipso in fronte gra-
diente. Qui dixit ad eos. Se-
quimini me. Tradidit enim dominus
inimicos nostros moabitas
in manus nostras. Descen-
deruntque post eum: et occupa-
uerunt uada iordanis que trans-
mittunt in moab. Et non dimi-
serunt transire quemquam: sed per-
cusserunt moabitas in tempore
illo. circiter decem milia. omnes
robustos et fortes uiros. Nul-
lus eorum euadere potuit. Humili-
atusque est moab die illo sub
manu israel: et quieuit terra oc-
toginta annis. Post hunc
fuit samgar filius anath. qui
percussit de philisthijm sescentos
uiros uomere: et ipse quoque
defendit israel. Capitulum iiii.

Addideruntque filii is-
rael facere malum
in conspectu domini.
post mortem ahoth: et tra-
didit illos dominus in manu ia-
byn regis chanaan. qui reg-
nauit in asor. Habuitque du-
cem exercitus sui nomine sy-
saram. Ipse autem habitabat in
aroseth gentium. Clamauerunt
que filii israel ad dominum. Nongen-
tos enim habebat falcatos cur-
rus: et per uiginti annos
uehementer oppresserat eos. E-
rat autem debbora prophetes ux-
or laphidoth. que iudicabat po-
pulum in illo tempore: et sede-
bat sub palma. que nomine

illius vocabatur inter rama
et bethel in mōte ephraym.
Ascendebantque ad eā filij isrl
in omē iudiciū. Que misit
et vocauit barach filiū a
byuoem de cedes neptalim:
dixitque ad eū. Precepit tibi do
minus deus israel. vade et
deduc exercitū in montē tha
bor: tollesque tecū decē milia
pugnator de filijs neptalī
et de filijs zabulon. Ego aūt
adducā ad te in loco torren
tis cyson syzarā principem
exercitus iabyn et currus
eius atque omnē multitudi
nē: et tradā eos in manu
tua. Dixitque ad eam barach.
Si venis mecū. vadā. Si
nolueris venire: non pgā.
Que dixit ad eū. Ibo qui
dem tecū: sed in hac vice ti
bi victoria nō reputabitur:
quia in manu mulieris
tradetur syzara. Surrexit
itaque debbora: et perrexit cū
barach in cedes. Qui acci
tis zabulon et neptalim:
ascendit cū decē milibus pug
natorū habens debboram
in comitatu suo. Aber aūt
cyneus recesserat quondam
a ceteris cyneis fratribus suis
filijs obab cognati moysi:
et tetenderat tabernacula
usque ad vallē que vocaba
tur sennim. et erat iuxta
cedes. Nūciatūque est syzare
quod ascendisset barach filius
abynoem in mōtem tha
bor: et cōgregauit nōgentos
currus falcatos. omnemque
exercitū de aroseth gentiū
ad torrentē cyson. Dixitque
debbora ad barach. Sur
ge. Hec est eī dies in qua
tradidit dns syzarā in ma
nus tuas. En ipse ductor
est tuus. Descendit itaque
barach de mōte thabor: et
decē milia pugnatorū cū
eo. Perterruitque dns syzarā
et omnes currus eius. vniuer
samque multitudinē in ore
gladij. ad conspectum ba
rach: in tantū ut syzara
de curru desiliens pedibus
fugeret: et barach persequere

dur fugientes currus et exercitū
usqz ad aroseth gentiū: et
omnis hostiū multitudo usqz
ad internetionē caderet. Sy-
zara aūt fugiens pervenit
ad tentoriū iahel uxoris a-
ber cynei. Erat enī pax inter
iabyn regem asor: et domū
aber cynei. Egressa igitur
iahel in occursū syzare: dix-
it ad eū. Intra ad me dn̄e
mi: intra ne timeas. Qui
ingressus tabernaculū eius
et opertus ab ea pallio: dixit
ad eam. Da michi obsecro
paululū aque: quia valde
sitio. Que aperuit utrem
lactis et dedit ei bibere: et ope-
ruit illū. Dixitqz syzara ad
eam. Sta ante ostiū taber-
naculi: et cum venerit aliquis
interrogans te et dicens. numquid
hic est aliquis: respondebis.
Nullus est. Tulit itaqz ia-
hel uxor aber clavū taber-
naculi. assumens pariter et
malleū: et ingressa abscondito
et cum silentio. posuit sup
tympus capitis eius clavū:

paulsū qz malleo defixit in
cerebrū usqz ad terrā. Qui
soporē morti sociāns: defe-
cit et mortuus est. Et ecce
barach sequēs syzarā veni-
ebat. Egressaqz iahel in oc-
cursū eius: dixit ei. Veni et os-
tendā tibi virū quē queris.
Qui cū intrasset ad eā: vi-
dit syzarā iacentē mortuū.
et clavū infixū in tympore
eius. Humiliavit ergo deus
in die illo iabyn regē cha-
naan. corā filiys israel. Qui
crescebāt cotidie: et forti ma-
nu opprimebāt iabyn regē
chanaan. donec delerēt eū.

Cecinerūt Capitul v.
qz debbora et ba-
rach filius abyno-
em in die illo dicētes. Qui
sponte obtulistis de israel
animas vr̄as ad periculū: bn̄-
dicite dn̄o. Audite reges:
percipite auribz principes. Ego
sum ego sum que dn̄o ca-
nam: psallā dn̄o deo israel.
Dn̄e cum exires de seyr. et
trāsires per regiones edom.

terra mota est: celiq; ac nu-
bes distillauerūt aquis. Mō-
tes fluxerūt a facie dn̄i et sy-
nai: a facie dn̄i dei isrl̄. In
diebz samgar filij anath. i
diebz iahel quieuerūt semi-
te: et qui ingrediebant̄ per e-
as ambulauerūt per calles
deuios. Cessauerūt fortes in
isrl̄. et quieuerūt: donec surgerē
debbora. surgeret mr̄ i isrl̄. No-
ua bella elegit dn̄s: et por-
tas hostiū ipse subuertit. Cli-
peus et hasta apparuerūt
in quadraginta milibz is-
rael: cor meū diligit princi-
pes israel. Qui propria vo-
lūtate obtulistis vos discri-
mini: bn̄dicite dn̄o. Qui
ascenditis sup nitentes a-
sinos et sedetis in iudicio.
et ambulatis in via: loq̄-
mi. Ubi collisi sunt currus.
et hostiū est suffocatus exer-
citus: ibi narrentur iusticie
e dn̄i et clemētia in portis
israel. Tunc descendit ppl̄s
dn̄i ad portas: et obtinuit
principatū. Surge surge deb-
bora: surge surge et loquē
canticū. Surge barach: et
app̄hende captiuos tuos fi-
li abynoem. Saluate sunt
reliq̄e populi: dn̄s in forti-
bus dimicauit. Ex ephraȳ
deleuit eos in amalech: et p̄t
eum in beniamin in ppl̄os
tuos o amalech. De machir
principes descenderūt: et de za-
bulon qui exercitū ducerēt ad
bellandū. Duces ysachar fu-
ere cum debbora: et barach
vestigia sunt secuti. Qui q̄-
si in p̄ceps ac baratrū se dis-
crimini dedit. Diuiso contra se
ruben: magnanimorū repta
cōtentio est. Quare habitas
inter duos terminos: ut au-
dias sibulos gregū? Diuiso
contra se ruben: magnani-
morū repta contentio est. Ga-
laad trans iordanen q̄esce-
bat: et dan vacabat naui-
bz. Aser habitabat in litore
maris: et in portubz mora-
batur. Zabulon vero et nep-
talim obtulerūt aīmas suas
morti in regione remē. Ve-

nerunt reges et pugnauerunt:
pugnauerunt reges chanaan
in thanach iuxta aquas
mageddon: et tamen nichil
tulere predantes. De celo di
micatum est contra eos. Stel
le manentes in ordine et cur
su suo: aduersum sysaram pug
nauerunt. Torrens cyson trax
it cadauera eorum: torrens ca
dumim torrens cyson. Con
culca anima mea robustos.
Ungule equorum ceciderunt fugi
entibus impetu: et per preceps
ruentibus fortissimis hostium.
Maledicite terre meroz: dix
it angelus domini. Maledicite
habitatoribus eius: quia non
venerunt ad auxilium domini. in
adiutorium fortissimorum eius.
Benedicta inter mulieres iahel.
uxor aber cynei: et benedicatur
in tabernaculo suo. Aquam pe
tenti lac dedit: et in fiala prin
cipum obtulit butyrum. Sinis
tram manum misit ad clauum: et
dexteram ad fabrorum malleos.
Percussitque sysaram querens in
capite uulneri locum: et tympus

ualide perforans. Inter pedes eius
ruit: defecit et mortuus est. Ante
pedes illius uoluebatur: et iace
bat exanimis et miserabilis.
Per fenestram prospiciens ulula
bat mater eius: et de cenacu
lo loquebatur. Cur moratur
regredi currus eius? Quare
tardauerunt pedes quadrigarum
illius? Una sapientior cete
ris uxoribus eius: hec socrui uer
ba respondit. Forsitan nunc
diuidit spolia: et pulcher
rima feminarum eligitur ei.
Uestes diuersorum colorum sysa
re traduntur in predam: et sup
pellex uaria ad ornanda
colla congeritur. Sic pereant
omnes inimici tui domine. Qui
autem diligunt te: sicut sol in
ortu suo splendet. ita rutilent.
Quieuitque terra per quadra
ginta annos. Capitulum vi.

Fecerunt autem filii is
rael malum in con
spectu domini. Qui tra
didit eos in manu madi
an septem annis: et oppressi
sunt ualde ab eis. Fecitque

sibi antra et speluncas i mō
tib; et munitissima ad re
pugnandū loca. Cūq; seuis
set israel. ascendebat madi
an et amalech et ceteri oriē
taliū nationū: et apud eos
figentes tentoria. sicut erāt
in herbis cūcta vastabāt. us;
ad introitū gaze. Nichil q; ō
nino ad vitam ptinens relin
quebāt in israel: nō oues nō
boues non asinos. Ipsi enī
et uniūsi greges eorū. venie
bāt cum tabernaculis suis:
et instar locustarū uniūsa
cōplebāt: innumera multitu
do hominū et camelor; q̄ q̄d
tetigerāt deuastātes. Humili
atus q; est israel valde in con
spectu madian: et clamauit
ad dn̄m postulās auxiliū
contra madianitas. Qui mi
sit ad eū virū ,phetā: et locu
tus est. Hec dicit dn̄s deus is
rael. Ego vos feci cōscendere
de egipto. et eduxi de domo ser
uitutis: et liberaui de manu
egiptior; et omniū inimico
rū qui affligebāt vos: eieci
q; eos ad introitū vrm̄. et tra
didi vobis terrā eor;. Et dixi.
Ego dn̄s deus vester. Ne time
atis deos amorreor; in quor;
terra habitatis: et noluistis
audire vocem meā. Venit
aūt āgelus dn̄i et sedit sub
quercu que erat in ephra: et
ptinebat ad ioas patrē fami
lie ezri. Cūq; gedeon filius ei⁹
excuteret atq; purgaret frumē
ta in torculari ut fugeret ma
dian: apparuit ei angelus
dn̄i et ait. Dn̄s tecū virorum
fortissime. Dixitq; ei gedeon.
Obsecro dn̄e: si dn̄s nobiscū
est. cur ergo apprehenderunt
nos hec omnia? Ubi sūt mi
rabilia eius que narrauerūt
patres nr̄i atq; dixerūt: de e
gipto eduxit nos dn̄s? Nūc
aūt dereliquit nos: et tradi
dit in manus madian. Re
spexit q; ad eum dn̄s: et ait.
Vade in hac fortitudīe tua:
et liberabis isrl̄ de manu ma
dian. Scito q̄ miserim te.
Qui respondens ait. Obse
cro dn̄e mi. in quo liberabo

israel? Ecce familia mea in
fima est in manasse: et ego
minimus in domo patris mei.
Dixitque ei dominus. Ego ero tecum:
et percuties madian quasi u
num virum. Et ille. Si inveni igitur
graciam coram te: da michi sig
num quod tu sis qui loquaris ad
me. Ne recedas hinc donec re
uertar ad te: portans sacrifi
cium. et offerens tibi. Qui re
spondit. Ego prestolabor ad
uentum tuum. Ingressus est ita
que gedeon et coxit hedum et de
farine modio azimos pa
nes: carnes que ponens in ca
nistro et ius carnium mittens
in ollam: tulit omnia sub quer
cu et obtulit ei. Cui dixit an
gelus domini. Tolle carnes et
panes azimos: et pone super
petram illam: et ius desuper fun
de. Cumque fecisset ita: extendit
angelus domini summitatem vir
ge quam tenebat in manu:
et tetigit carnes et azimos
panes. Ascenditque ignis de
petra: et carnes azimos que
panes consumpsit. Angelus
autem domini evanuit ex oculis eius.
Videns que gedeon quod esset angelus
domini ait. Heu michi domine deus:
quia vidi angelum domini facie
ad faciem. Dixitque ei dominus.
Pax tecum. Ne timeas. Non
morieris. Edificavit ergo ibi
gedeon altare domino: vocavit
que illud domini pax usque in pre
sentem diem. Cumque adhuc esset
in ephra que est familie ez
ri: nocte illa dixit dominus ad eum.
Tolle taurum patris tui: et
alterum taurum annorum septem:
destrues que aram baal que est
patris tui. et nemus quod
circa aram est succide: et edi
ficabis altare domino deo tuo in
summitate petre huius. super
quam sacrificium ante posuisti.
Tolles que taurum secundum: et
offeres holocaustum super li
gnorum struem. que de nemore
succideris. Assumptis igitur gede
on decem viris de servis suis:
fecit sicut preceperat ei dominus. Ti
mens autem domum patris sui
et homines illius civitatis per
diem facere noluit: sed omnia

nocte cōpleuit. Cūq; surrexis-
sent viri oppidi eius mane:
viderūt destructā aram ba-
al. lucūq; succisū: et taurū
alterū sup īpositū sup alta-
re. qđ tūc edificatū erat. Dix-
eruntq; ad inuicem. Quis fecit
hoc? Cūq; pquirerēt aucto-
rē facti: dictū est. Gedeon fi-
lius ioas fecit hec omnia. Et
dixerūt ad ioas. Produc fi-
liū tuū ut moriat: quia
destruxit aram baal: et suc-
cidit nemus. Quibz ille re-
spondit. Nūquid ultores
estis baal. ut pugnetis pro
eo? Qui aduersarius eius ē:
moriat antequā lux crastina
veniat. Si deus est: vindicet
se de eo. qui suffodit arā ei?.
Ex illo die vocatus est gede-
on ierobaal: eo qđ dixisset
ioas. ulciscat se de eo baal q
suffodit altare eius. Igitur
omnis madian et amalech
et orientales populi cōgre-
gati sūt simul: et trāseūtes
iordanem. castrametati sunt
in valle iesrahel. Spiritus
autē dñi induit gedeon. Qui
clangens buccina: cōuoca-
uit domū abiezer. ut se seq-
retur. Misitq; nūcios in vni-
uersum manassen: qui et
ipse secutus est eū. Et alios
nūcios in aser et zabulon
et neptalim: qui occurrerūt
ei. Dixitq; gedeon ad dñm.
Si saluū facis per manum
meā ppl'm israel sicut locu-
tus es: ponā vellus hoc la-
ne in area. Si ros in solo
vellere fuerit. et in omī terra
siccitas: sciam qđ per manū
meā sicut locutus es liberabis
israel. Factūq; est ita. Et de
nocte cōsurgēs: expresso vel-
lere conchā rore cōpleuit.
Dixitq; rursū ad dñm. Ne
irascatur furor tuus contra
me: si adhuc semel tēpta-
uero signū querēs in vellere.
Oro ut solū vellus siccū sit:
et omnis terra rore madens.
Fecitq; dñs nocte illa ut po-
stulauerat: et fuit siccitas i
solo vellere. et ros in omī
terra. Capitulum septimū.

Igitur ierobaal qui et
gedeon de nocte cõsur-
gens et omis popul⁹
cum eo: venit ad fontē qui
vocatur arad. Erant autē
castra madian in valle ad
septentrionalē plagā collis
excelsi. Dixitq; dñs ad gede-
on. Multus tecū est popul⁹:
nec tradetur madian in man⁹
eius: ne glorietur contra me isrł.
et dicat. Meis viribz libera-
tus sum. Loquere igitur ad po-
pulū: et cūctis audientibus
predica. Qui formidolosus
et timidus est: reuertatur. Rece-
seruntq; de monte galaad et
reuersa sunt ex pplo viginti et
duo milia viror: et tantū
decem milia remanserunt. Dix-
itq; dñs ad gedeon. Adhuc
populus multus est. Duc
eos ad aquas: et ibi pba-
bo illos. Et de quo dixero
tibi ut tecū vadat ipse pgat:
quē me phibuero reuertatur.
Cūq; descendisset populus
ad aquas: dixit dñs ad ge-
deon. Qui manu et lingua
lambuerit aquas. sicut solēt
canes lambere: separabis eos
seorsū. Qui autē curuatis ge-
nibz biberit: in altera parte
erit. Fuit itaq; numerus eor
qui manu ad os proiciente
aquas lambuerāt: trecenti
viri. Omis autē reliqua mul-
titudo. flexo poplite biberat.
Et ait dñs ad gedeon. In trecē-
tis viris qui lambuerāt aqs
liberabo vos: et tradā madi-
an in manu tua. Omis autē
reliq multitudo reuertatur in
locū suū. Sumptis itaq; pro
numero cibariis et tubis: o-
mnem reliquā multitudinē
abire pcepit ad tabnacula
sua: et ipse cū trecentis viris
se certamini dedit. Castra autē
madian erāt ~~erāt~~ subter in
valle. Eadem nocte dixit dñs
ad eum. Surge et descende in
castra: quia tradidi eos in manu
tua. Sin autē solus ire formi-
das: descendat tecū phara pu-
er tuus. Et cum audieris qd
loquantur: tunc confortabūtur
manus tue: et securior ad

hostium castra descendes. Descen
dit ergo ipse et phara puer
eius in partem castrorum: ubi e
rant armatorum vigilie. Ma
dian autem et amalech et omnis
orientales populi fusi iacebant in
valle: ut locustarum multitudo.
Cameli quoque innumerabiles
erant: sicut arena que iacet
in litore maris. Cumque venis
set gedeon narrabat aliquis
sompnium proximo suo: et in
hunc modum referebat quod
viderat. Vidi sompnium: et
videbatur michi quasi subci
nericius panis ex ordeo vol
vi. et in madian castra descen
dere. Cumque pervenisset ad taber
naculum percussit illud atque sub
vertit: et terre funditus coe
quavit. Respondit is cui lo
quebatur. Non est hoc aliud:
nisi gladius gedeonis filii
ioas viri israelite. Tradidit
dominus in manus eius madi
an: et omnia castra eius. Cum
que audisset gedeon sompnium
et interpretationem eius: adora
vit. et reversus est ad castra is

rael et ait. Surgite. Tradidit
enim dominus in manus nostras
castra madian. Divisitque
trecentos viros in tres partes:
et dedit tubas in manibus
eorum. lagenasque vacuas. ac
lampades in medio lagenarum:
et dixit ad eos. Quod me fa
cere videritis: hoc facite. In
grediar partem castrorum: et quod
fecero sectamini. Quando personu
erit tuba in manu mea: vos
quoque per castrorum circuitum
clangite et conclamate domino et
gedeoni. Ingressusque est gede
on et trecenti viri qui erant cum
eo in partem castrorum. incipien
tibus vigiliis noctis medie: et
custodibus suscitatis. ceperunt
buccinis clangere. et complode
re inter se lagenas. Cumque per gi
rum castrorum in tribus personarent
locis. et ydrias confregissent:
tenuerunt sinistris manibus
lampades. et dextris sonantes
tubas. Clamaveruntque gla
dius domini et gedeonis: stantes
singuli in loco suo per circu
itum castrorum hostilium. Omnia

itaque castra turbata sunt. et
vociferantes ululantesque fuge
runt: et nichilominus insiste
bant trecenti viri bucinis per
sonantes. Inmisitque dominus gla
dium in omnibus castris: et mu
tua se cede truncabant: fugien
tes usque bethsecha. et crepidi
nem abelmeula in thebbath.
Condamantes autem viri israel
de neptali et aser. et omnis ma
nasse persequebantur madian.
Et dedit dominus victoriam populo
israel in die illa. Misitque ge
deon nuncios in omnem montem
ephraym dicens. Descendite in
occursum madian: et occupa
te aquas usque bethbera atque
iordanem. Clamavitque omnis
ephraym: et preoccupavit aquas
atque iordanem usque bethbera.
Apprehensosque duos viros
madian oreb et zeb: interfecit
oreb in petra oreb. zeb vero in
torculari zeb. Et persecuti i
sunt madian: capita oreb
et zeb portantes ad gedeon
trans fluenta iordanis.
Capitulum octavum

Dixeruntque ad eum viri
ephraym. Quid est
hoc quod facere vo
luisti: ut non nos vocares
cum ad pugnam pergeres contra
madian? Iurgantes fortiter: et
prope vim inferentes. Quibus
ille respondit. Quid enim tale
facere potui: quale vos feci
stis? Nonne melior est racemus
ephraym. vindemiis abiezer? In
manus vestras tradidit dominus prin
cipes madian oreb et zeb. Quid
tale facere potui: quale vos
fecistis? Quod cum locutus esset:
requievit spiritus eorum quo tume
bant contra eum. Cumque venisset
gedeon ad iordanem transivit
cum cum trecentis viris qui secum
erant: et pre lassitudine fugien
tes persequi non poterant. Dix
it itaque ad viros socchot. Da
te obsecro panes populo qui me
cum est. quia valde defecerunt:
ut possimus persequi zebee et
salmana reges madian. Re
sponderunt principes socchot.
Forsitan palme manuum zebee
et salmana in manu tua sunt.

et idcirco postulas ut demus
exercitui tuo panes. Quibus
ille ait. Cum ergo tradiderit
dominus zebee et salmana in ma
nus meas: et cum reversus fuero
victor in pace conteram carnes
vestras cum spinis tribulisque deser
ti. Et inde conscendens venit in
phanuel: locutusque est ad
viros eius loci similia. Cui
et illi responderunt: sicut respon
derunt viri socoth. Dixit ita
que et eis. Cum reversus fuero
victor in pace: destruam turrem
hanc. Zebee autem et salmana
requiescebant cum omni exercitu suo.
Quindecim enim milia viri rema
serant ex omnibus turmis orienta
lium populorum: cesis centum viginti
milibus bellatorum et educentium
gladium. Ascendensque gedeon
per viam eorum qui in taberna
culis morabantur ad orienta
lem partem nobe et iethbaa:
percussit castra hostium qui se
curi erant. et nichil adversi sus
picabantur. Fugeruntque zebee
et salmana: quos persequens
gedeon comprehendit turbato
omni exercitu eorum. Rever
tensque de bello ante solis or
tum: apprehendit puerum de vi
ris socoth. Interrogavitque eum
nomina principum et seniorum
socoth: et descripsit septuagin
ta septem viros. Venitque ad
socoth: et dixit eis. En zebee
et salmana: super quibus ex
probrastis michi dicentes.
Forsitan manus zebee et
salmana in manibus tuis
sunt: et idcirco postulas ut
demus viris qui lassi sunt et
defecerunt panes. Tulit ergo
seniores civitatis. et spinas
deserti ac tribulos: et contrivit
cum eis. atque comminuit viros
socoth. Turrem quoque pha
nuel subvertit: occisis habi
tatoribus civitatis. Dixitque
ad zebee et salmana. Quales
fuerunt viri quos occidistis
in thabor? Qui responderunt.
Similes tui: et unus ex eis
quasi filius regis. Quibus
ille ait. Fratres mei fuerunt:
filii matris mee. Vivit dominus.
quia si servassetis eos. non vos

occiderẽ. Dixitq; iether primoge
nito suo. Surge et interfice eos.
Qui non eduxit gladiũ. Time
bat enĩ quia adhuc puer erat.
Dixeruntq; zebee et salmana.
Tu surge et irrue in nos: q̃a
iuxta etatẽ robur est hominis.
Surrexit gedeon et interfecit
zebee et salmana: et tulit or
namẽta ac bullas quibz col
la regaliũ camelorũ decorari
solent. Dixeruntq; omnes viri
israel ad gedeon. Dominare
nrĩ tu et filius tuus. et filius
filij tui: quia liberasti nos de
manu madian. Quibus il
le ait. Non dominabor vestri.
nec dominabitur in vos filius
meus: sed dñabitur dñs. Dix
itq; ad eos. Vnã peticionem
postulo a vobis. Date michi
inaures ex preda vrã. Inaures
enĩ aureas ysmahelite habe
re cõsueuerãt. Qui responderũt.
Libentissime dabimus. Expã
dentes q; sup terrã palliũ: p
iecerũt in eo inaures de preda.
Et fuit pondus postulata
rũ inauriũ. mille septingẽti

auri sycli: absq; ornamentis
et monilibz et veste purpurea
a. quibz madian reges uti so
liti erãt: et prter torques aure
as camelorũ. Fecitq; ex eo gedeõ
ephod: et posuit illud in ciuita
te sua ephra. Fornicatusq; est
omnis israel in eo: et factũ ẽ ge
deoni et omni domui eius in ru
inã. Humiliatus est autẽ ma
dian corã filijs israel. nec po
tuerũt ultra eleuare ceruices:
sed quieuit terra per quadra
ginta ãnos quibz prefuit gedeõ.
Abijt itaq; ierobaal filius io
as: et habitauit in domo su
a. Habuitq; septuaginta filios
qui egressi sũt de femore eius:
eo q plures habuerit uxores.
Concubina autẽ illius quã
habebat in sychem: genuit ei
filiũ nomine abymelech. Mor
tuus q; est gedeon filius ioas
in senectute bona: et sepultus
est in sepulchro ioas patris
sui in ephra. de familia ezri.
Postq̃ autẽ mortuus est gede
on: auersi sũt filij israel. et
fornicati sũt cũ baalim. P

cusserũt qz cũ baal fedus ut es
set eis in deũ: nec recordati sũt
dñi dei sui qui eruit eos de ma
nibz omniũ inimicoꝝ suorũ
p circuitũ: nec fecerũt miseri
cordiã cum domo ierobaal.
gedeon. iuxta oĩa bona que
fecerat israeli. Capitulum ix.
Abiit aũt abymelech
filius ierobaal. in
sychem ad fratres
matris sue: et locutus est ad
eos. et ad omnẽ cognationẽ
domus matris sue dicens.
Loqĩmi ad omẽs viros sychẽ
Quid vobis est melius: ut
dominẽtur vestri septuagĩ
ta viri omẽs filii ierobaal.
an ut dominet vobis unus
vir? Simulqz cõsiderate qa
os vestrũ et caro vestra sum.
Locutiqz sunt fratres matris
eius de eo ad omnes viros
sychem universos sermones
istos: et inclinaverũt cor eo
rũ post abymelech dicẽtes.
Frater noster est. Dederũtqz
illi septuaginta pondo argẽ
ti de phano baal berith. Q

conduxit sibi et eo viros ĩno
pes et vagos: secutiqz sũt eũ.
Et venit in domũ patris sui
in ephra: et occidit fratres su
os filios ierobaal. septuagĩ
ta viros sup lapidẽ unũ. Re
mãsitqz ioathan filius iero
baal minimus: et abscõditus
est. Congregati sũt aũt omẽs
viri sychem. et universe familie
urbis mello: abierũtqz et cõ
stituerũt regẽ abymelech iux
quercũ que stabat ĩ sychem.
Quod cũ nũciatũ esset ioa
than. iuit et stetit in vertice
montis garizim: elevataqz
voce clamavit et dixit. Audi
te me viri sychem: ita ut au
diat vos deus. Ierũt ligna.
ut ungerẽt sup se regẽ: dixe
rũtqz olive. Impera nobis.
Que respõdit. Nũqd possũ
deserere pinguedinẽ meã. qua
et dii utunt et hoĩes: et
venire ut inter ligna pmo
vear? Dixerũtqz ligna ad
arborem ficũ. Veni et super
nos regnũ accipe. Que re
spondit eis. Nũquid possũ

deserere dulcedinē meā. fruc
tus qz suauissimos: et ire ut
inter cetera ligna cōmouear?
Locuta sunt quoqz ligna ad
uitem. Ueni et impera nob.
Que respondit. Nūq̄d pos
sum deserere uinū meū quod
letificat deū et homīes: et ī
ter cetera ligna cōmoueri?
Dixeruntqz omīa ligna ad
ramnū. Ueni et impera
sup nos. Qui respondit eis.
Si uere me regē vobis cōsti
tuitis: uenite et sub meam
umbrā requiescite. Si autē
non uultis: egrediat̄ ignis
de ramno et deuoret cedros
libani. Nunc igitur si recte
et absqz peccato cōstituistis
sup vos regē abymelech. et
bene egistis cū ierobaal et
cum domo eius. et reddidis
tis vicem beneficijs eius qui
pugnauit pro vobis. et a
nimā suā dedit periculis. ut
erueret vos de manu madian.
qui nūc surrexistis cōtra domū
patris mei. et interfecistis filios
eius septuagita uiros super
unū lapidē. et cōstituistis regē
abymelech. filiū ancille eius
sup habitatores sychem. eo qđ
frater uř sit: si ergo recte et abs
qz uicio egistis cū ierobaal et
domo eius: hodie letamini ī
abymelech: et ille letet̄ in vo
bis. Si autē puerse: egrediat̄
ignis ex eo. ut cōsumat habi
tatores sychem et opidum
mello. Egrediaturqz ignis
de viris sychem et de opido
mello: et deuoret abymelech.
Que cum dixisset fugit et a
biit in bera: habitauitqz
ibi metu abymelech fratris
sui. Regnauitqz abymelech
sup israel trib; ānis. Misitqz
deus spiritū pessimū inter
abymelech et habitatores sy
chem. Qui ceperūt eū detesta
ri: et scelus interfectionis septu
agita filior ierobaal. et effu
sionē sanguīs eor cōferre in
abymelech fratrē suū: et ī ter
ceteros sychimorū principes
qui eum adiuuerāt. Posue
runtqz insidias aduersū eum
in montiū sūmitate. Et dū

illius prestolaretur aduentū:
exercebant latrocinia. agētes
predas de p̄tereūtibꝫ. Nūcia
tūq; est abymelech. Venit
autē gaal filius obeth cū fra
tribꝫ suis: et transiuit in sy
chimā. Ad cuius aduentū
erecti habitatores sychem: e
gressi sūt in agros. vastan
tes vineas. uuasq; calcātes.
Et factis cantantiū choris.
ingressi sūt fanū dei sui: et inter
epulas et pocula maledice
bant abymelech: clamāte
gaal filio obeth. Quis est
abymelech. et que est sychē
ut seruiamus ei? Nūquid
nō est filius ierobaal. et con
stituit p̄ncipem zebul seruū
suū. sup viros emor patris
sychem? Cur igitur seruiemus
ei? Utinā daret aliquis p̄plm
istū sub manu mea: ut au
ferrē de medio abymelech.
Dictūq; est abymelech. ~~Dic
tūq; est abymelech.~~ Cōgrega
exercitus multitudinē: et veni.
Zebul enī p̄nceps ciuitatis
auditis sermonibꝫ gaal filii

obeth. iratus est valde: et
misit clam ad abymelech
nūcios dicens. Ecce gaal fi
lius obeth. venit ī sychimā
cū fratribꝫ suis: et oppugnat
adūsū te ciuitatē. Surge ita
q; nocte cū p̄plo qui tecū est.
et latita in agro: et primo
mane oriente sole. irrue sup
ciuitatē. Illo autē egrediente
cū p̄plo suo aduersū te: fac
ei qđ potueris. Surrexit ita
q; abymelech cum omni exer
citu suo nocte: et tetendit ī
sidias iuxta sychimā in qua
tuor locis. Egressusq; est
gaal filius obeth: et stetit
in īntroitu porte ciuitatis.
Surrexit autē abymelech:
et omnis exercitus cū eo de insi
diarū loco. Cūq; vidisset
populū gaal: dixit ad ze
bul. Ecce de mōtibꝫ multitu
do descendit. Cui ille r̄ndit.
Umbras montiū vides quasi
si hominū capita: et hoc
errore deciperis. Rursūq;
gaal ait. Ecce p̄plus de um
bilico terre descendit: et unꝰ

cuneus venit per viam que respi
cit quercum. Cui dixit zebul.
Ubi est nunc os tuum qui loque
baris? quis est abymelech
ut serviamus ei? Nonne iste
est populus quem despiciebas?
Egredere et pugna contra
eum. Abiit ergo gaal spec
tante sychimorum populo: et
pugnavit contra abyme
lech. Qui persecutus est eum
fugientem: et in urbem compulit.
Cecideruntque ex parte eius
plurimi usque ad portam civi
tatis: et abymelech sedit in
ruma. Zebul autem gaal et
socios eius expulit de urbe:
nec in ea passus est commora
ri. Sequenti ergo die egressus
est populus in campum. Quod
cum nunciatum esset abyme
lech: tulit exercitum suum et di
visit in tres turmas. tendens
insidias in agris. Videns
que quod egrederetur populus de ci
vitate: surrexit et irruit in
eos cum cuneo suo: oppug
nans et obsidens civitatem.
Due autem turme palantes
per campum: adversarios perse
quebantur. Porro abymelech
omni illo die oppugnabat
urbem. Quam cepit interfectis
habitatoribus eius. ipsaque
destructa: ita ut sal in ea dis
pergeret. Quod cum audissent
qui habitabant in turre sy
chimorum. ingressi sunt phanum
dei sui berith. ubi fedus cum
eo pepigerant: et ex eo locus
nomen acceperat qui erat val
de munitus. Abymelech quoque
audiens viros turris sychi
morum pariter conglobatos:
ascendit in montem selmon
cum omni populo suo. Et arrepta
securi precidit arboris ramum:
impositumque ferens humero.
dixit ad socios. Quod me
videtis facere: cito faci
te. Igitur certatim ramos de
arboribus precidentes: sequebantur
ducem. Quos circumdantes: pre
sidium succenderunt. Atque ita
factum est: ut fumo et igne
mille homines necarentur.
viri pariter ac mulieres ha
bitatorum turris sychem. Ab

ymelech aut inde phiasens.
venit ad opidu thebes: qd
circudans obsidebat exatu.
Erat aut turris excelsa in
media civitate: ad quam
cofugerat simul viri ac mu
lieres. et omes pricipes civi
tatis. clausa firmissie ianu
a: et sup turris tectu stantes
per ppugnacula. Accedes qz
abymelech iuxta turri pug
nabat fortiter: et appropi
quas ostio igne supponere
nitebatur. Et ecce mulier v
na fragmentu mole desup
iaciens illisit capiti abyme
lech: et cofregit cerebru eius.
Qui vocavit cito armigeru
suu: et ait ad eum. Evagi
na gladiu tuu et percute me:
ne forte dicatur qd a femina
iterfectus sim. Qui iussa
pficiens: iterfecit eu. Illoqz
mortuo: omes qui cum eo
erat de israel. reversi sunt
in sedes suas. Et reddidit
deus malu quod fecerat
abymelech cotra patre suu:
iterfectis septuaginta fratri
bus suis. Sychimitis quoqz
quod opati erat retributu
est: et venit sup eos maledic
tio ioathan filij ierobaal.

Post Capitulu x.
abymelech surrex
it dux in israel
thola filius phua patrui
abymelech. vir de ysachar
qui habitavit in samyr mo
tis ephray: et iudicavit isrl
viginti et trib annis. Mortu
usqz ac sepultus est i samyr.
Huic successit iayr galaadi
tes qui iudicavit israel per
viginti et duos anos: ha
bens triginta filios sedentes
supra triginta pullos asina
ru et pricipes triginta civita
tu: que ex nomie eius appel
late sunt avothiayr: id e opi
da iayr. usqz in psente diem
in terra galaad. Mortuus
qz est iayr: ac sepultus i lo
co cui est vocabulu camon.
Filij aut israel peccatis vete
rib iugentes nova fecerut
malu in cospectu dni: et
servierut ydolis baalim et

astaroth. et diis syrie et sydo
nis et moab et filiorum amon.
et philistiim. Dimiseruntque
dominum: et non colebant eum. Co
ntra quos iratus est dominus: et
tradidit eos in manu phi
listiim et filiorum amon. Af
flictique sunt et vehementer op
pressi. per annos decem et
octo omnes qui habitabant
trans iordanem in terra a
morrei que est in galaad:
in tantum ut filii amon ior
dane transmisso vastarent
iudam et beniamin et ephra
ym. Afflictusque est israel
nimis: et clamantes ad dominum
dixerunt. Peccavimus tibi:
quia dereliquimus dominum deum
nostrum. et servivimus baa
lim. Quibus locutus est dominus.
Numquid non egiptii et a
morrei filiique amon et phi
listiim. sydonii quoque et a
malech et chanaan oppres
serunt vos et clamastis ad
me. et erui vos de manu e
orum? Et tamen reliquistis
me: et coluistis deos alie
nos. Iccirco non addam. ut ultra
vos liberem. Ite et invocate deos
quos elegistis: ipsi vos libe
rent in tempore angustie.
Dixeruntque filii israel ad do
minum. Peccavimus. Redde tu
nobis quicquid tibi placet: tan
tum nunc libera nos. Que di
centes: omnia de finibus suis a
lienorum deorum ydola proiecerunt
et servierunt domino deo. Qui do
luit super miseriis eorum. Itaque
filii amon conclamantes: in
galaad fixere tentoria. Con
tra quos congregati filii israel:
in maspha castrametati sunt.
Dixeruntque principes galaad.
singuli ad proximos suos. Qui
primus e nobis contra filios
amon ceperit dimicare: e
rit dux populi galaad. Ca
pitulum undecimum.

Fuit itaque in illo tempo
re iepthe galaadites vir fortissimus atque pug
nator. filius meretricis mu
lieris: qui natus est de ga
laad. Habuit autem galaad
uxorem: de qua suscepit

filios. Qui postquam creuerant:
eiecerunt iepthe dicentes. Heres
in domo patris nostri esse non
poteris: quia de adultera ma-
tre generatus es. Quos ille
fugiens atque deuitans: habi-
tauit in terra tob. Congregati
que sunt ad eum viri inopes et
latrocinantes: et quasi princi-
pem sequebantur. In diebus
illis pugnabant filij amon
contra israel. Quibus acriter
instantibus: perrexerunt maiores
natu de galaad. ut tollerent
in auxilium sui iepthe de terra
tob. Dixeruntque ad eum. Veni
et esto princeps noster: et
pugna contra filios amon.
Quibus ille respondit. Nonne
vos estis qui odistis me. et
eiecistis me de domo patris
mei: et nunc venitis ad me
necessitate compulsi? Dixerunt
que principes galaad ad iepthe.
Ob hanc igitur causam nunc
ad te venimus ut proficiscaris
nobiscum. et pugnes contra
filios amon: sisque dux omnium
qui habitant in galaad. Iep-
the quoque dixit eis. Si vere
venistis ad me ut pugnem pro
vobis contra filios amon. tra-
dideritque eos dominus in manus
meas: ego ero princeps vester.
Qui responderunt ei. Dominus
qui hec audit ipse mediator ac
testis est: quod nostra promissa fa-
ciemus. Abiit itaque iepthe cum
principibus galaad: fecitque eum
omnis populus principem sui. Locu-
tusque est iepthe omnes sermo-
nes suos coram domino in masphat.
Et misit nuncios ad regem filio-
rum amon: qui ex persona sua
dicerent. Quid michi et tibi
est. quia venisti contra me. ut vas-
tares terram meam? Quibus ille
respondit. Quia tulit israel terram
meam quando ascendit de egypto:
a finibus arnon usque in iaboc
atque iordanem. Nunc igitur cum
pace redde michi eam. Per
quos rursum mandauit iep-
the: et imperauit eis ut dicerent
regi amon. Hec dicit iepthe.
Non tulit israel terram moab
nec terram filiorum amon: sed quan-
do de egypto conscenderunt ambu-

lauit p solitudinē usq; ad ma
re rubrū. et venit in cades. Mi
sitq; nūcios ad regē edom di
cens. Dimitte me: ut trāseā
p terrā tuā. Qui noluit acq
escere p̄cib; eius. Misit quoq;
et ad regē moab: qui et ipse
trāsitū p̄bere cōtēpsit. Māsit
itaq; in cades: et circuiuit ex
latere terrā edom et terram
moab. Venitq; cōtra orientalē
plagā terre moab. et castra
metatus est trans arnon:
nec voluit ītrare terminos
moab. Arnon quippe cōfini
um est t're moab. Misit ita
q; israel nūcios ad seon regē
amorreorum. qui habitabat
in esebon: et dixerūt ei. Di
mitte ut transeā per t'ram
tuā: usq; ad fluuiū. Qui
et ipse israelis verba despici
ens. non dimisit eū trāsire
per t'minos suos: sed infi
nita multitudīe cōgregata.
egressus est cōtra eū in iesa:
et fortiter resistebat. Tradi
ditq; eū dn̄s in manꝰ israel
cū omī exercitu suo. Qui per

cussit eū: et possedit omnē
terrā amorrei habitatoris
regionis illius. et vniu'sos
fines eius de arnon usq; iaboc.
et de solitudīe usq; ad iorda
nem. Dn̄s ergo deus israel sub
uertit amorreū pugnante
cōtra illū p̄plo suo israel. et
tu nūc vis possidere terram
eius? Nōne ea que possedit
chamos deus tuus tibi iure
debētur? Que aūt dn̄s deus
nr̄ victor obtinuit ī nostrā
cedēt possessionē: nisi forte
melior es balach filio sephor
rege moab: aut docere potes
qd iurgatus sit cōtra israel.
et pugnauerit cōtra eū? quādo
habitauit in esebon et vicu
lis eius et in aroer. et villis
illius. vel ī cūctis ciuitatib;
iuxta iordanem. per trecētos
ānos. Quare tāto tēpore
nichil sup hac repetitiōne
tēptastis? Igit' nō ego pecco
in te: sed tu cōtra me male
agis. indicens michi bella
non iusta. Iudicet dn̄s ar
biter huius diei: inter isrl

et inter filios āmon. Nolu
itq acquiescere rex filior am
mon verbis iepthe. que per
nūcios mandauerat. Factus
est ergo sup iepthe spiritus
dnī: et circuiens galaad et
manasse. maspha quoq
et galaad. et inde transiēs
ad filios āmon: votū vouit
dnō dicens. Si tradideris
filios āmon in manus
meas: quicūq primus fu
erit egressus de foribz dom⁹
mee. michiq occurrerit re
uertenti cum pace a filiis
āmon. eum holocaustū
offeram dnō. Transiuitq
iepthe ad filios āmon:
ut pugnaret contra eos.
Quos tradidit dns in ma
nus eius: percussitq ab aro
er. usq dum venias ī men
nith viginti ciuitates. et
usq ad abel que est vineis
cōsita. plaga magna ni
mis. Humiliatiq sunt fi
lii āmon a filiis israel. Re
uertēte aūt iepthe ī mas
pha domū suā: occurrit
ei vnigenita filia cū tympa
nis et choris. Non enī ha
bebat alios liberos. Qua
visa: scidit vestimēta sua et
ait. Heu me filia mi. decepisti
me: et ipsa decepta es. Ape
rui enī os meū ad dnm: et
aliud facere non potero.
Cui illa respondit. Pater
mi. si aperuisti os tuū ad
dnm: fac michi qd̄cumq
pollicitus es: cōcessa tibi
ultione atq victoria de ho
stibz tuis. Dixitq ad patrē.
Hoc solū michi presta qd
depcor. Dimitte me ut du
obz mensibz circueam mō
tes: et plangā virginitatē
meā cum sodalibz meis.
Cui ille respondit. Vade.
Et dimisit eam duobz m̄
sibz. Cumq abisset cū sodal
ac sodalibz suis: flebat v
ginitatē suā in mōtibus.
Expletisq duobz mensibz.
reuersa est ad patrē suū: et
fecit ei sicut vouerat. Que
ignorabat virū. Exinde
mos increuit in israel et cō

suetudo servata est: ut post
anni circulū conveniant ī
unū filie israel. et plangāt
filiā iepthe galaadite die-
bus quatuor. Capitulū xii.
Ecce aūt ī ephraȳ
orta est seditio.
Nā transeuntes
cōtra aquilonē: dixerunt
ad iepthē. Quare vadens
ad pugnā contᵃ filios āmō.
vocare nos noluisti ut p-
geremus tecū? Igitᵘʳ incēde-
mus domū tuā. Quibꝫ ille
respōdit. Disceptatio erat
michi et p̄plō meo cōtra fi-
lios āmon vehemēs: vo-
cavīq; vos ut michi p̄bere-
tis auxiliū: et facere nolu-
istis. Quod cernens posui
ī manibus me[illegible]is āimā
meā et trāsivi [illegible]q; ad filios
āmon: et tradidit eos dn̄s
in manus meas. Qd̄ com-
merui: ut adversum me
cōsurgatis in preliū? Vo-
catis itaq; ad se cunctis vi-
ris galaad: pugnabat cō-
tra ephraȳ. Percusseruntq; vi-
ri galaad ephraȳ: quia dix-
erat fugitivus est galaad
de ephraȳ. et habitat ī me-
dio ephraȳ et manasse. Oc-
cupaveruntq; galaadite va-
da iordanis: per que ephra-
ym reversurus erat. Cumq;
venisset ad ea de ephraym
numero fugiens. atq; dixis-
set. obsecro ut me transire
permittas: dicebāt ei galaa-
dite. Nūquid ephrateus es?
Quo dicente non sum: inter-
rogabāt eum. Dic ergo seb-
boleth: quod īterp̄tatur spi-
ca. Qui respōdebat sebbo-
leth: eadē littera spicā expri-
mere nō valens. Statimq;
apprehensū iugulabāt in
ipso iordanis trāsitu. Et ceci-
derūt in illo tēpore de ephra-
ym quadraginta duo milia.
Iudicavit itaq; iepthe gala-
adites isrl̄ sex ānis: et mor-
tuus est. ac sepultus in civi-
tate sua galaad. Post hūc
iudicavit israel abesan de
bethleem: qui habuit trigī-
ta filios. et totidē filias. Qs

emittens foras maritis dedit:
et eiusdem numeri filijs suis
accepit uxores. introducens in
domum suam. Qui septem annis
iudicauit israel. Mortuusque
est ac sepultus in bethleem.
Cui successit ahyalon zabu
lonites: et iudicauit israelem
decem annis. Mortuusque est
ac sepultus in zabulon. Post
hunc iudicauit israel abdon
filius hellel pharatonites:
qui habuit quadraginta
filios et triginta ex eis nepotes.
ascendentes super septuaginta
pullos asinarum. Et iudicauit
in israel octo annis. Mortu
usque est ac sepultus in pha
raton terre ephraym: in monte
amalechi Capitulum xiij.

RUrsumque filij israel
fecerunt malum in con
spectu domini: qui tra
didit eos in manus philisth
norum quadraginta annis. E
rat autem vir quidam de saraa.
et de stirpe dan nomine ma
nue: habens uxorem sterilem.
Cui apparuit angelus domini: et
dixit ad eam. Sterilis es et abs
que liberis: sed concipies et pari
es filium. Caue ergo ne vinum
bibas ac siceram. ne immundum
quicquam comedas: quia concipi
es et paries filium: cuius non
tanget caput nouacula. E
rit enim nazareus dei ab infan
tia sua et ex matris utero:
et ipse incipiet liberare israel
de manu philistinorum. Que
cum venisset ad maritum suum:
dixit ei. Vir dei venit ad me
habens vultum angelicum: ter
ribilis nimis. Quem cum inter
rogassem quis esset et vnde
venisset. et quo nomine vo
caretur: noluit michi dicere
sed hoc respondit. Ecce conci
pies et paries filium. Caue
ne vinum [illegible] bibas nec sice
ram: et ne [illegible] aliquo vesca
ris immundo. Erit enim puer na
zareus dei. ab infantia sua
et ex utero matris sue usque
ad diem mortis sue. Ora
uit itaque manue dominum: et
ait. Obsecro domine ut vir dei
quem misisti veniat iterum: et

doceat nos quid debeamus
facere de puero qui nascitu
rus est. Exaudivitque dn̄s p̄
cantē manue: et apparuit
rursū angelus dei uxori eius
sedenti in agro. Manue aūt
maritus eius nō erat cū ea.
Que cum vidisset āgelum.
festinavit et cucurrit ad vi
rū suū: nūciavitque ei dicēs.
Ecce apparuit michi vir dei
quem ante videram. Qui sur
rexit et secutus est uxorē suā:
veniensque ad virū dixit ei.
Tu es qui locutus es mulie
ri? Et ille r̄ndit. Ego sū. Cui
manuē. Quādo inquit sermo
tuus fuerit expletus quid vis
ut faciat puer: aut a quo se
observare debebit? Dixitque
angelus dn̄i ad manuē. Ab
omnibus que locutus sum uxo
ri tue abstineat se: et q̄cquid
ex vinea nascitur nō come
dat. vinū et siceram nō bibat:
nullo vescat̄ immūdo: et q̄d
ei p̄cepi impleat atque custo
diat. Dixit itaque manue ad
angelū dn̄i. Obsecro te ut

acquiescas p̄cibus meis: et fa
ciamus tibi hedū de capris.
Cui r̄ndit angelus. Si me
cogis: non comedā panes tu
os. Si aūt vis holocaustū
facere: offer illud dn̄o. Et ne
sciebat manue q̄ āgelus dei
esset. Dixitque ad eū. Quod ē
tibi nomen: ut si sermo tu
us fuerit expletus honore
mus te? Cui ille r̄ndit. Cur q̄
ris nomē meū: quod est mi
rabile? Tulit itaque manue
hedū de capris et libamenta:
et posuit sup̄ petrā offerens
dn̄o qui facit mirabilia. Ip
se aūt et uxor eius intuebant̄.
Cumque ascenderet flāma alta
ris in celū: āgelus dn̄i in flā
ma pariter ascendit. Quod
cū vidissent manue et uxor ei?
proni ceciderunt in t̄rā: et ult̄
non eis apparuit āgelus dn̄i.
Statimque intellexit manue an
gelū esse dn̄i: et dixit ad uxo
rem suā. Morte moriemur:
q̄a vidimus deū. Cui r̄ndit
mulier. Si dn̄s nos vellet oc
cidere. de manibus nostris holo

caustū et libamenta nō sus-
cepisset: sed nec ostendisset
nobis hec omnia: neqz ea q̄
sunt ventura dixisset. Pe-
perit itaqz filiū: et vocavit
nomen eius samson. Crevit
itaqz puer: et benedixit ei do-
minus. Cepitqz spiritus dn̄i
esse cū eo in castris dan: int
saraa et eschahol. Cap̄ xiiij.

D Escendit igitur sā-
son ī thamnatha:
videns qz ibi muli-
erem de filiabz philistijm
ascendit et nūciavit patri
suo et matri dicens. Vidi
mulierē in thamnatha de
filiabz philistinorū: quā
queso ut michi accipiatis
uxorem. Cui dixerūt pater
et mater sua. Nūquid nō est
mulier in filiabz fratrū tu-
orū et in omni pplo tuo: quia
vis accipe uxorē de philisti-
im qui incircūcisi sunt? Dixit
qz samson ad patrē suū.
Hanc michi accipe: quia
placuit oculis meis. Pa-
rentes aūt eius nesciebāt

qd res a dn̄o fieret: et quereret
occasionē contra philistijm.
Eo enī tempore: philistijm
dn̄abantur israel. Descen-
dit itaqz samson cū patre
suo et matre in thamna-
thā. Cumqz venisset ad vi-
neas opidi: apparuit ca-
tulus leonis sevus rugiens.
et occurrit eis. Irruit aūt
spiritus dn̄i in samson:
et dilaceravit leonē quasi
hedū in frusta discerperet:
nichil omnino habens in
manu: et hoc patri et ma-
tri noluit indicare. Descē-
ditqz et locutus est mulie-
ri: que placuerat oculis
eius. Et post aliquot di-
es revertens ut acciperet eam:
declinavit ut videret cada-
ver leonis. Et ecce examē
apū in ore leonis erat:
ac favus mellis. Quem
cū sumpsisset in manibz:
comedebat in via. Veniens
qz ad patrē suū et matrē:
dedit eis partē. Qui et ipsi
comederunt. Nec tamē eis

voluit indicare: q mel de
ore leonis assūpserat. De
scendit itaq; pater eius ad
mulierē: et fecit filio suo
samson conuiuiū. Sic eni
iuuenes facere cōsueuerāt.
Cū igit' ciues loci illius vi
dissent eū: dederūt ei sodales
triginta qui essent cum eo.
Quib; locutus est samson.
Proponā vobis problēma.
Quod si solueritis michi
~~michi~~ intra septē dies cōui
uij: dabo vobis triginta syn
dones et totidem tunicas.
Si autē non potueritis
~~potueritis~~ soluere: vos da
bitis michi triginta syndo
nes et eiusdē numeri tuni
cas. Qui responderunt ei.
Propone pblēma: ut au
diamus. Dixitq; eis. De
comedente exiuit cib; : et de
forti egressa est dulcedo.
Nec potuerūt per tres dies
propositionē soluere. Cūq;
adesset dies septim': dixerūt
ad uxorē sāpsonis. Blan
dire viro tuo: et suade ei
ut indicet tibi quid signi
ficet pblēma. Quod si face
re nolueris: īcendemus te et
domū pris tui. An idcirco
nos vocastis ad nuptias:
ut spoliaretis? Que funde
bat apud samson lacrimas:
et qrebat' dicens. Odisti me
et non diligis: idcirco pble
ma quod pposuisti filijs po
puli mei. non vis michi ex
ponere. At ille r̄ndit. Pat'
meo et matri nolui dicere:
et tibi indicare potero? Sep
tem igitur dieb; cōuiuij fle
bat apud eum. Tandemq;
die septīo cū ei molesta esset.
exposuit. Que stati indica
uit ciuib; suis. Et illi dixerūt
ei die septimo ante solis oc
cubitū. Quid dulcius mel
le: et quid leone fortius?
Qui ait ad eos. Si non
arassetis in vitula mea: n̄
inuenissetis ppositionē meā.
Irruit itaq; in eū spiritus
dn̄i. Descendit q; ascalonē.
et pcussit ibi triginta viros:
quor ablatas vestes dedit

hys qui problema solverant.
Iratusque nimis: ascendit in
domum patris sui. Uxor autem
eius accepit maritum: unum
de amicis eius et pronubis.

Post Capitulum xv.
aliquantum autem
temporis cum dies
tritice messis instaret: venit
samson invisere volens uxorem
suam: et attulit ei hedum de
capris. Cumque cubiculum eius
solito vellet intrare: prohibu
it eum pater illius dicens.
Putabam quod odisses eam: et
ideo tradidi illam amico tuo.
Sed habet sororem que iuni
or et pulchrior illa est: sit
tibi pro ea uxor. Cui respondit
samson. Ab hac die non erit
culpa in me: contra philisti
eos. Faciam enim vobis mala.
Perrexitque et cepit trecentas
vulpes: caudasque earum iunx
it ad caudas: et faces liga
vit in medio. Quas igne
succendens: dimisit ut huc
illucque discurrerent. Que
statim perrexerunt in segetes
philistinorum. Quibus succen
sis. et comportate iam fruges
et adhuc stantes in stipula
concremate sunt: in tantum ut
vineas quoque et oliveta flam
ma consumeret. Dixeruntque
philistiym. Quis fecit hanc
rem? Quibus dictum est. Sam
son gener thamnathei: quia
tulit uxorem eius. et alteri tra
didit. hec operatus est. Ascen
deruntque philistiym: et combus
serunt tam mulierem quam pa
trem eius. Quibus ait samson.
Licet hec feceritis: tamen
adhuc ex vobis expetam ulti
onem: et tunc quiescam. Percus
sitque eos ingenti plaga: ita
ut stupentes suram femori in
ponerent. Et descendens habi
tavit in spelunca petre e
tham. Igitur ascendentes phi
listiym in terram iuda castra
metati sunt. In loco qui
postea vocatus est lehi id
est maxilla: ubi eorum est ef
fusus exercitus. Dixeruntque
ad eos de tribu iuda. Cur
ascendistis adversum nos?

Qui responderūt. Ut liga-
mus samson venimus:
et reddamus ei que ī nos
operatus est. Descenderūt
ergo tria milia viroꝝ de
iuda ad specū silicis ethā.
Dixerūtqꝫ ad samson. Ne-
scis qꝫ philistiim imperēt
nobis? Quare ergo hoc
facere voluisti? Quibꝫ il-
le ait. Sicut fecerūt mi-
chi: feci eis. Ligare inquiūt
te venimus: et tradere in
manus philistinoꝝ. Quibꝫ
respondit samson. Iura-
te ait et spondete michi:
qꝫ non me occidatis. Dix-
erūtqꝫ. Non te occidim9:
sed vinctū tradimus. Li-
gaverūtqꝫ eū duobꝫ no-
vis funibꝫ: et tulerūt eū
de petra etham. Qui cū
venisset ad locū maxille.
et philistiim vociferātes
occurrissent ei. irruit spūs
dn̄i in eū: et sicut solēt
ad odorē ignis ligna con-
sumi: ita et vincula quibꝫ
ligatus erat dissipata

sunt et soluta. Inventāqꝫ
maxillā. id est mandibu-
lam asini que iacebat ar-
ripiens: īterfecit in ea mil-
le viros. et ait. In maxilla
asini. in mandibula pul-
li asinarū delevi eos: et ꝑ-
cussi mille viros. Cumqꝫ
hec canens verba cōple-
set: ꝓiecit mandibulā
de manu. Et vocavit no-
men loci illius ramathle-
chi: quod īterp̄tatur elevati-
o maxille. Sitiensqꝫ val-
de clamavit ad dn̄m: et
ait. Tu dedisti in manu
servi tui salutē hāc max-
imā atqꝫ victoriā: et en
siti morior: incidamqꝫ ī
manus īcircūcisoꝝ. Ape-
ruit itaqꝫ dn̄s molarem
dentem in maxilla asini:
et egresse sunt ex eo aq̄.
Quibꝫ haustis refocilla-
vit spm̄: et vires recepit.
Idcirco appellatū est nomē
loci illius. fons īvocātis
de maxilla: usqꝫ in p̄sen-
tem diē. Iudicavitqꝫ isrl̄

in diebz philistijm viginti
annis. Capl'm xvi.
Abijt quoqz in ga/
zam. et vidit ibi
meretricem mulierē: ingres/
sus qz est ad eam. Quod cū
audissent philistijm. et p/
crebuisset apud eos intras/
se urbē samson: circūdederūt
eū positis in porta ciuita/
tis custodibz: et ibi tota
nocte cum silentio presto/
lātes: ut facto mane exeū/
tem occiderēt. Dormiuit aūt
samson usqz ad noctis me/
diū. Et inde cōsurgēs. appre/
hendit ambas porte fores
cum postibz suis et sera: im/
positasqz humeris portauit
ad verticē montis q̄ respicit
hebron. Post hoc amauit
mulierē que habitabat in
valle soreth: et vocabatur
dalila. Veneruntqz ad eā prin/
cipes philistinorū: atqz dixe/
rūt. Decipe eū: et disce ab
illo in quo tantā fortitudi/
nem habeat: et quomodo
eū superare valeamus. et

vinctū affligere. Quod si
feceris: dabimus tibi singu/
li mille centū argenteos.
Locuta est ergo dalila ad sā/
son. Dic michi obsecro. in
quo sit tua maxima fortitu/
do: et quid sit quod ligatus
erūpere nequeas. Cui respōdit
samson. Si septē neruiceis
funibz necdū siccis. et adhuc
humentibz ligatus fuero:
infirmus ero ut ceteri hōies.
Attuleruntqz ad eā satrape
philistinorū septē funes ut
dixerat. Quibz vinxit eum
latentibz apud se insidijs:
et in cubiculo finē rei exper/
tantibz. Clamauitqz ad eū.
Philistijm sup te samson.
Qui rupit vincula: quomodo
si rūpat quis filū stuppe
tortū. vel stamīis putamīe
cū odorē ignis acceperit. Et nō
est cognitū in quo esset for/
titudo eius. Dixitqz ad eum
dalila. Ecce illusisti michi:
et falsum locutus es. Sal/
tem nūc indica michi: quo
ligari debeas. Cui ille rūdit.

Si ligatus fuero nouis fu-
nibz qui nūqm̄ fuerīt in o-
pere: infirmus ero. et alio-
rū hominū similis. Quibꝰ
rursum dalila vinxit eum:
et clamauit. Philisthim su-
per te samson: in cubiculo
in insidijs ꝑparatis. Qui
ita rupit vincula quasi fi-
la telarū. Dixitqz dalila
rursus ad eū. Vsquequo de-
cipies me et falsū loqueris?
Ostende quo vinciri debeas.
Cui rn̄dit samson. Si inqt
septē crines capitis mei cū
licio plexueris. et clauū hijs
circūligatū terre fixeris: īfir-
mus ero. Quod cū fecisset da-
lila: dixit ad eū. Philisthim
sup te samson. Qui cōsurgēs
de sompno: extraxit clauū
cū crinibz et licio. Dixitqz ad
eū dalila. Quomō dicis q
ames me. cū animus tuus
non sit mecū? Per tres vices
mentitus es michi: et nolu-
isti dicere. in quo sit tua ma-
xima fortitudo. Cūqz moles-
ta ei esset et per multos dies

iugiter adhereret spaciū ad
quietē nō tribuēs: defecit a-
nima eius. et ad mortem
usqz lassata est. Tūc aperiēs
veritatē rei: dixit ad eā. Ferrū
nūqȝ ascendit sup caput me-
um: quia nazareus id ē con-
secratus deo sum de utero ma-
tris mee. Si rasū fuerit ca-
put meū. recedet a me forti-
tudo mea et deficiā: eroqz ut
ceteri homines. Videns illa
q cōfessus ei esset omnē ani-
mū suū: misit ad principes
philisthinoꝝ atqz mandauit.
Ascendite adhuc semel qa
nūc michi aperuit cor suū.
Qui ascenderūt assūpta pe-
cunia quā pmiserāt. At il-
la dormire eū fecit sup ge-
nua sua: et in sinu suo recli-
nare caput. Vocauitqz ton-
sorē. et rasit septē crines eī.
et cepit abicē eum et a se re-
pellere. Statim eū ab eo
fortitudo recessit. Dixitqz.
Philisthim sup te samson.
Qui de sompno cōsurgēs:
dixit in animo suo. Egrediar

sicut ante feci. et me excuti
am: nesciens qđ dn̄s recessis
set ab eo. Quem cū appre
hendissent philisthijm. stati
eruerūt oculos eius: et dux
erūt gazā vinctū cathenis:
et clausū in carcere molere
fecerūt. Iam qꝫ capilli eius
renasci ceperāt: et prīcipes
philisthinorū cōuenerūt in
vnū. ut īmolarēt hostias
magnificas dagon deo su
o. et epularētur dicētes.
Tradidit deus noster ini
micū nostrū samson ī ma
nus nostras. Quod etiā
populus videns. lauda
bat deū suū: eademqꝫ dice
bāt. Tradidit deus noster
in manus nostras adu
sariū nostrū: qui deleuit
terrā nostrā. et occidit plu
rimos. Letātesqꝫ per cōui
uia sumptis iam epulis: p̄
ceperūt ut vocaretur sam
son. et ante eos luderet.
Qui adductus de carcere:
ludebat ante eos. Fecerūt
qꝫ eum stare inter duas

columpnas. Qui dixit pue
ro regenti gressus suos.
Dimitte me ut tangam
columpnas quibꝫ omnis
īminet domus: ut recliner
sup eas. et paululū requie
scam. Domus autē plena
erat virorū ac mulierū. Et
erāt ibi omnes principes
philisthinorū: ac de tecto et
solario circiter tria milia
utriusqꝫ sexus spectabant
ludentē samson. At ille in
uocato dn̄o ait. Dn̄e deus
meus memēto mei: et red
de nūc michi pristinā for
titudinē deus meus. ut ul
ciscar me de hostibꝫ meis:
et pro amissione duorū
luminū. vnā ultionē re
cipiā. Et apprehendens ā
bas columpnas quibꝫ īni
tebatur domus: alterā ex
earū dextera. et alterā leua
tenens. ait. Moriatur aīa
mea cum philisthijm. Con
cussis qꝫ fortiter columpnis:
cecidit domus sup omnes
principes. et ceteram mul

titudinē que ibi erat. Mul
to qȝ plures īterfecit moriēs
q̄m ante viuus occiderat.
Descendētes aūt fratres eius
et vniuersa cognatio tulerūt
corpus eius: et sepelierūt īter
saraa et eschahol. in sepulchro
patris sui manue. Iudicauit
qȝ israel viginti ānis. Capl'
Fuit eo tēpore xvii.
vir quidā de mōte
ephraȳ nomine
michas: qui dixit matri su
e. Mille centū argenteos q̄s
separaueras tibi. et sup qui
bȝ me audiente iuraueras:
ecce ego habeo. et apud me
sunt. Cui illa r̄ndit. Bndic
tus filius meus dn̄o. Reddi
dit ergo eos m̄ri sue: q̄ dixerāt
ei. Consecraui et voui argen
tū hoc dn̄o: ut de manu me
a suscipiat filius meus. et
faciat sculptile atqȝ cōflātile:
et nūc trado illud tibi. Red
didit igitur eos matri sue. Que
tulit ducentos argenteos:
et dedit eos argentario. ut
faceret ex eis sculptile atqȝ

conflātile: quod fuit in do
mo miche. Qui edicula qȝ
in ea deo separauit: et fecit e
phod ac teraphim id ē ves
tem sacerdotalē et ydola. Im
pleuit qȝ vnius filiorū suor
manū: et factus est ei sacerdos.
In diebȝ illis nō erat rex in
israel: sed vnusquisqȝ quod
sibi rectū videbatur hoc facie
bat. Fuit quoqȝ alter adoles
cens de bethleem iuda. et cog
natione eius: erat ipse leui
tes: et habitabat ibi. Egres
sus qȝ de ciuitate bethleem: pe
grinari voluit ubicūqȝ sibi
cōmodū repperisset. Cūqȝ pue
nisset in montē ephraȳ iter
faciens. et declinasset parūp
in domo miche: īterrogatus
est ab eo. Unde venis: Qui
r̄ndit. Leuita sum de bethleē
iudā: et vado ut habitē ubi
potuero. et utile michi esse
pspexero. Mane inquit a
pud me: et esto michi pa
rens ac sacerdos. Dabo qȝ
tibi per ānos singulos de
cem argēteos ac vestē du

plicē: et que ad victū neces
saria sunt. Acquieuitqꝫ et
mansit apud hominē: fuit
qꝫ illi quasi vnus de filijs.
Impleuitqꝫ micha manū
eius: et habuit apud se pu
erū sacerdotē: nūc scio dicens
qꝫ bn̄ michi faciet deus ha
bentī leuitici generis sacer
dotem. Capitulum xviij.
In diebus illis non erat rex
in israel: et tribus dan q̄re
bat possessionē sibi. ut ha
bitaret in ea. Vsqꝫ ad illū
enī diem: inter ceteras tribꝫ
sortem nō acceperat. Miserūt
igitur filij dan stirpis et fa
milie sue quinqꝫ viros fortis
simos de saraa et eschahol:
ut explorarēt terrā et dili
genter inspicerēt. Dixerunt
qꝫ eis. Ite et cōsiderate terrā.
Qui cū pgentes venissēt in
montē ephraim. et intras
sent domū miche: requieuerūt
ibi. Et agnoscētes vocē ado
lescētis leuite. utentes qꝫ il
lius diuersorio: dixerūt ad
eū. Quis te huc adduxit?
Quid hic agis? Quā ob
causam huc venire volu
isti? Qui respōdit eis. Hec
et hec prestitit michi mi
chas: et me mercede cōdux
it. ut sim ei sacerdos. Roga
ueruntqꝫ eum ut cōsuleret do
minū: et scire possent an pspe
ro itinere pgerent. et res
haberet effectum. Qui respon
dit eis. Ite cū pace. Dn̄s re
spicit viā vr̄am: et iter quo
pergitis. Euntes itaqꝫ quinqꝫ
viri venerūt lais: videruntqꝫ
ppl'm habitātē in ea absqꝫ
ullo timore. iuxta sydoniorum
cōsuetudinē. securū et q̄etū
nullo eis penitus resistente:
magnarū qꝫ opū: et procul
a sydone. atqꝫ a cunctis hoī
bus separatū. Reuersiqꝫ
ad fratres suos in saraa et
eschahol: et quid egissent
sciscitātibus responderūt. Surgi
te: et ascendamus ad eos.
Vidimus enī terrā valde o
pulentā et uberem. Nolite
negligere: nolite cessare. E
amus et possideamus eam.

Nullus erit labor: intrabim⁹
ad securos in regionē latis
simā. Tradetq; nobis dn̄s
locū: in quo nullius rei est
penuria. eorū que gignūtur
in terra. Profecti igitur sūt
de cognatione dan. id est de
saraa et eschaol sescenti
viri: accincti armis bellicis.
Ascendentes q; manserūt in
cariathiarim iude: qui loc⁹
ex eo tēpore castrorū dan no
men accepit. et est post tergū
cariathiarim. Inde trāsierūt
in montē ephraÿ. Cumq; ve
nissent ad domū miche: dix
erūt quinq; viri qui prius mis
si fuerāt ad cōsiderandā terrā
lais ceteris fratribz suis. Nos
tis q' in domibz istis sit eph
od. et teraphim. et sculptile
atq; cōflatile: Videte quid
vobis placeat. Et cum pau
lulū declinassent: ingressi sūt
domū adolescentis leuite. q'
erat in domo miche: saluta
ueruntq; eum verbis pacifi
cis. Sescenti aūt viri ita ut
erant armati: stabāt ante
ostiū. At illi qui ingressi fue
rant domū iuuenis sculp
tile et ephod et theraphim
atq; cōflatile tollere nitebā
tur: et sacerdos stabat ante
ostiū: sescentis viris fortissi
mis haut procul expec
tantibz. Tulerūt igit' qui
intrauerāt sculptile + ephod
et ydola atq; conflatile. Qui
bus dixit sacerdos. Quid
facitis: Cui r̄nderūt. Tace. +
pone digitū sup os tuū: ve
nitq; nobiscū ut habeamus
te patrē et sacerdotē. Quid
tibi melius est ut sis sacer
dos in domo unius viri: an
in una tribu et familia in
israel: Quod cū audisset:
acquieuit sermōibz eorū. Et
tulit ephod et ydola atq;
sculptile: et cum eis pfectus
est. Qui cum pergerent. et
ante se ire fecissent paruulos
et iumenta. et omne quod
erat preciosum. iamq; a do
mo miche essent procul: vi
ri qui habitabāt in edibus
miche cōclamātes secuti sūt:

et post tergum clamare cepe-
runt. Qui cum respexissent:
dixerunt ad micham. Quid
tibi vis? Cur clamas? Qui
respondit. Deos meos quos
michi feci tulistis. et sacer-
dotem et omnia que ha-
beo: et dicitis quid tibi est?
Dixeruntque ei filii dan. Caue
ne ultra loquaris ad nos:
et veniant ad te viri animo
concitati. et ipse cum omni domo
tua pereas. Et sic cepto itinere
perrexerunt. Videns autem micha
quod fortiores se essent: reuersus
est in domum suam. Sexcenti
autem viri tulerunt sacerdotem
et que supra diximus: ve-
neruntque in lais ad populum quies-
centem atque securum: et percusserunt
eos in ore gladii. Urbemque
incendio tradiderunt: nullo pe-
nitus ferente presidium. eo quod pro-
cul habitarent a sydone: et cum
nullo hominum haberent quicquam
societatis ac negocii. Erat
autem ciuitas sita in regione
roob. Quam rursum extruen-
tes habitauerunt in ea: voca-
to nomine ciuitatis dan. iuxta
vocabulum patris sui quem genu-
erat israel: que prius lais di-
cebatur. Posueruntque sibi sculp-
tile et ionathan filium gersam
filii moysi ac filios eius sacer-
dotes in tribu dan: usque ad
diem captiuitatis sue. Man-
sitque apud eos ydolum miche:
omni tempore quo fuit domus
dei in sylo. In diebus illis non
erat rex in israel Capitulum xix.

[F]Uit quidam vir leui-
tes habitans in la-
tere montis ephraym:
qui accepit uxorem de bethleem
iuda. Que reliquit eum. et re-
uersa est in domum patris sui
bethleem: mansitque apud eum
quatuor mensibus. Secutus-
que est eam vir suus volens
ei reconciliari atque blandiri.
et secum reducere: habens in
comitatu puerum et duos a-
sinos. Que suscepit eum: et
introduxit in domum patris
sui. Quod cum audisset socer
eius eumque vidisset: occurrit
ei letus et amplexatus est ho-

minē. Mansitq; gener in do-
mo soceri tribz diebus: cōedēs
cum eo et bibens familiari-
ter. Die aūt quarto de nocte
cōsurgēs: proficisci voluit.
Quē tenuit socer: et ait ad
eum. Gusta prius paxil-
lū panis: et cōfortato sto-
macho sic pficiscēris. Sede-
runtq; simul: et comederunt
ac biberūt. Dixitq; pater
puelle ad generū suū. Q̄so
te ut hodie hic maneas.
pariterq; letemur. At ille
consurgens cepit velle pro-
ficisci. Nichilominus obnix-
e eum socer tenuit. et apud
se fecit manere. Mane aūt
facto: parabat leuites iter.
Cui rursū socer. Obsecro te
inquit ut paululū cibi ac-
cipias: et assūptis viribus
donec increscat dies postea
proficiscaris. Comederunt
ergo simul. Surrexitq; ado-
lescens: ut pgeret cū uxore
sua et puero. Cui rursū lo-
cutus est socer. Considera q̄
dies ad occasū declinior sit:

et ppinquet ad vesperā. Ma-
ne apud me etiā hodie. et
duc letū diem: et cras pficis-
cēris. ut vadas in domū tuā.
Noluit gener acq̄escere ser-
monibz eius: sed statim p-
rexit et venit contra iebus.
que altero nomīe vocabat-
ur ierusalē: ducēs secū duos
asinos onustos et cō cubi-
nā. Iamq; aderāt iuxta ie-
bus: et dies mutabatur in
noctē. Dixitq; puer ad dūm
suū. Veni obsecro. declinem9
ad urbem iebuseorū: et ma-
neam9 in ea. Cui r̄ndit dn̄s.
Non īgrediar opidū gētis
aliene. que nō est de filiis is-
rael: sed trāsibo usq; gabaa.
Et cū illuc puenero mane-
bimus in ea: aut certe in
urbe rama. Transierunt
igitur iebus: et ceptū carpe-
bant iter. Occubuitq; eis
sol iuxta gabaa. que est ī
tribu beniamin: diuerteru-
tq; ad eam ut manerēt ibi.
Quo cū intrassent sedebāt
in platea ciuitatis: et nul-

lus eos recipere volebat
hospicio. Et ecce apparuit
homo senex reuertens de a
gro. et de opere suo vesperi.
qui et ipse erat de mōte e
phraym: et peregrinus ha
bitabat in gabaa. Hoīes
aūt regionis illius: erant
filij iemini. Eleuatisqz ocu
lis. vidit senex sedentē ho
minē cū sarcinulis suis ī
platea ciuitatis: et dixit
ad eum. Unde venis? et q°
vadis? Qui rn̄dit ei. Pro
fecti sumus de bethleem
iudā: et pgim᷒ ad locum
nostrū. qui est in latere mō
tis ephraym vnde ieramus ī
bethleem. et nūc vadimus
ad domū dei: nullusqz nos
sub tectū suū vult recipere.
habētes paleas et fenū in
asinoꝝ pabulū: et panē
ac vinū in meos et ancille
tue usus. et pueri q° mecū
est. Nulla re īdigemus:
nisi hospicio. Cui respon
dit senex. Pax tecū sit. Ego
prebebo omīa que necessa

ria sūt: tantū queso ne in
platea maneas. Introduxit
itqz eum in domū suā: et
pabulū asinis prebuit.
Ac postqm̄ lauerūt pedes
suos: recepit eos in conuiui
um. Illisqz epulātibꝫ et post
laborē itineris cibo ac potu
reficientibꝫ corpora: venerūt
viri ciuitatis illius. filij be
lial. id est absqz iugo: et cir
cumdātes domū senis. fores
pulsare ceperūt: clamātes
ad dn̄m domus atqz dicen
tes. Educ virū qui īgressus
est domū tuā: ut abutamur
eo. Egressusqz est ad eos se
nex: et ait. Nolite fratres.
nolite facere malū. hoc: qr
īgressus est homo hospiciū
meū: et cessate ab hac stul
ticia. Habeo filiā virginē.
et hic homo habet cōcubi
nā: educā eas ad vos. ut
humilietis eas. et vestram
libidinē compleatis: tantū
obsecro ne scelus hoc cōtra
naturā operemini in virū. No
lebāt acquiescere sermōibꝫ

eius. Quod cernens homo
eduxit ad eos concubinam su-
am: et eis tradidit illudendam.
Qua cum tota nocte abusi es-
sent: dimiserunt eam mane.
At mulier recedentibus tene-
bris. venit ad ostium domus
ubi manebat dominus suus: et
ibi corruit. Mane autem fac-
to surrexit homo: et aperu-
it ostium. ut ceptam expleret
viam. Et ecce concubina eius
iacebat ante ostium sparsis
in limine manibus. Cui ille
putans eam quiescere loque-
batur. Surge ut ambulemus.
Qua nichil respondente: in-
telligens quod erat mortua tu-
lit eam et imposuit asino:
reversusque est in domum suam.
Quam cum esset ingressus: ar-
ripuit gladium et cadaver
uxoris cum ossibus suis in
duodecim partes ac frusta
concidens. misit in omnes
terminos israel. Quod cum
vidissent singuli: conclama-
bant. Nunquam res talis facta
est in israel: ex eo die quo
ascenderunt patres nostri de
egipto. usque in presens tempus.
Ferte sententiam: et in commune
decernite quid facto opus
sit. Capitulum xx.

Egressi sunt itaque
omnes filii israel.
et pariter congregati quasi
vir unus de dan usque bersa-
bee. et terra galaad ad dominum
in maspha: omnesque anguli
populorum. et cuncte tribus israel
in ecclesiam populi dei convenerunt.
quadringenta milia peditum
pugnatorum. Nec latuit fili-
os beniamin: quod ascendis-
sent filii israel in maspha.
Interrogatusque levita ma-
ritus mulieris interfecte. quo-
modo tantum scelus perpetra-
tum esset: respondit. Veni in ga-
baa beniamin cum uxore
mea: illucque diverti. Et ecce
homines civitatis illius cir-
cumdederunt nocte domum in qua
manebam. volentes me oc-
cidere: et uxorem meam incre-
dibili libidinis furore vex-
antes: denique mortua est.

Quam arreptam in frusta
concidit: misitque partes in
omnes terminos possessionis
vestre: quia numquam tantum ne-
phas et tam grande piacu-
lum factum est in israel. Adest-
tis omnes filii israel: decerni-
te quid facere debeatis. Stans-
que omnis populus: quasi unius
hominis sermone respondit.
Non recedemus in tabernacula
nostra. nec suam quisque intra-
bit domum: sed hoc contra
gabaa in commune faciemus.
Decem viri eligantur e centum
ex omnibus tribubus israel. et cen-
tum de mille. et mille de decem
milibus: ut comportent exercitui
cibaria: et possimus pugnan-
tes contra gabaa beniamin
reddere ei pro scelere quod
meretur. Convenitque univer-
sus israel ad civitatem qua-
si unus homo. eadem mente.
unoque consilio: et miserunt
nuncios ad omnem tribum
beniamin. qui dicerent.
Cur tantum nephas in vo-
bis repertum est? Tradite ho-
mines de gabaa qui hoc
flagitium perpetrarunt: ut mo-
riantur: et auferatur malum
de israel. Qui noluerunt fra-
trum suorum filiorum israel audire
mandatum: sed ex cunctis urbi-
bus que sue sortis erant conve-
nerunt in gabaa ut illis fer-
rent auxilium: et contra uni-
versum israel populum dimica-
rent. Inventique sunt vigin-
ti quinque milia de beniamin
educentium gladium: preter
habitatores gabaa qui sep-
tingenti erant viri fortissimi.
ita sinistra ut dextra proeli-
antes: et sic fundis ad certum
iacientes lapides. ut capil-
lum quoque possent percutere:
et nequaquam in alteram partem
ictus lapidis deferretur. Vi-
rorum quoque israel absque filiis
beniamin inventa sunt quadrin-
genta milia educentium
gladios: et paratorum ad pug-
nam. Qui consurgentes venerunt
in domum dei hoc est in sylo:
consulueruntque eum atque
dixerunt. Quis erit in exer-

citu nostro pri̅ceps certami̅s
contra filios beniamin? Qui-
bus r̄ndit dn̄s. Iudas sit
dux vester. Statimqȝ filij isrl̄
surge̅tes mane castrameta-
ti su̅t iuxta gabaa. Et i̅de
procedentes ad pugna̅ co̅tr̄
beniamin: urbe̅ oppugn̄re
ceperu̅t. Egressiqȝ filij ben-
iamin de gabaa: occideru̅t
de filijs israel die illo vigi-
tiduo milia viroru̅. Rur-
sumqȝ filij israel et forti-
tudine et numero co̅fiden-
tes in eode̅ loco in quo pri-
us certauera̅t aciem direx-
eru̅t: ita tamen ut prius
ascendere̅t et flere̅t coram
dn̄o usqȝ ad nocte̅: co̅su-
lere̅tqȝ eum et dicere̅t. De-
beo ultra procedere ad di-
micandu̅ contra filios ben-
iamin fratres meos. an
non? Quibȝ ille respon-
dit. Ascendite ad eos: et
inite certamen. Cumqȝ fi-
lij israel altero die contra
beniamin ad preliu̅ p̄-
cessisset: erupe̅ru̅t filij ben-
iamin de portis gabaa. et
occurre̅tes eis. tanta in eos
cede debachati su̅t. ut decem
et octo milia viroȝ educe̅-
tiu̅ gladiu̅ p̄sternere̅t. Qua̅-
obrem om̄es filij isrl̄ vene-
ru̅t in domu̅ dei: et sedentes
flebat cora̅ dn̄o. Ieiunaue-
ru̅tqȝ illo die usqȝ ad vespe-
ra̅: et obtuleru̅t ei holocau-
sta et pacificas victimas:
et sup̄ statu suo i̅terroga-
uerunt. Eo te̅pore ibi erat
archa federis dei: et phinees
filius eleazari filij aaron
p̄positus domus. Consu-
luerunt igit̄ dn̄m: atqȝ dix-
eru̅t. Exire ultra debemus
ad pugna̅ contra filios
beniamin fratres nostros
an quiescere? Quibus ait
dn̄s. Ascendite. Cras enim
tradam eos in manus ves-
tras. Posueru̅tqȝ filij isrl̄
insidias per circuitu̅ urbis
gabaa: et tercia vice sicut
semel et bis co̅tra beniamin
min exercitu̅ produxere̅t.
Sed et filij beniamin

audacter eruperunt de civita-
te: et fugientes adversarios lon-
gius persecuti sunt: ita ut vul-
nerarent ex eis sicut primo
et secundo die. et cederent per du-
as semitas terga vertentes.
quarum una ferebatur in bethel.
et altera in gabaa. atque pro-
sternerent triginta circiter vi-
ros. Putaverunt enim eos soli-
to more cedere. Qui fugam
arte simulantes inierunt consili-
um. ut abstraherent eos de civi-
tate: et quasi fugientes ad
supradictas semitas perduce-
rent. Omnes itaque filii israel
surgentes de sedibus suis:
tetenderunt aciem in loco qui
vocatur baalthamar. Insidie
quoque que circa urbem erant.
paulatim se aperire ceperunt:
et ab occidentali urbis parte
procedere. Sed et alia decem
milia virorum de universo israel:
habitatores urbis ad certa-
mina provocabant. Ingravatum-
que est bellum contra filios ben-
iamin: et non intellexerunt quod
ex omni parte illis instaret interitus.

Percussitque eos dominus in conspectu
filiorum israel: et interfecerunt ex
eis in illo die viginti quinque
milia et centum viros omnes
bellatores et educentes gladi-
um. Filii autem beniamin cum
se inferiores esse vidissent:
ceperunt fugere. Quod cernen-
tes filii israel. dederunt eis ad
fugiendum locum: ut ad preparatas
tas insidias devenirent. quas
iuxta urbem posuerant. Qui
cum repente de latibulis sur-
rexissent. et beniamin terga
cedentibus daret: ingressi sunt
civitatem: et percusserunt eam in
ore gladii. Signum autem dede-
runt filii israel his quos in
insidiis collocaverant ut
postquam urbem cepissent ignem
accenderent: ut ascendente in
altum fumo captam urbem
demonstrarent. Quod cum
cernerent filii israel in ipso
certamine positi. putave-
rant enim filii beniamin e-
os fugere. et instantius perse-
quebantur cesis de exercitu eorum
triginta viris: et viderunt

quasi colūpnā fumi de ciui
tate conscendere: beniamin
quoq; retro aspiciens. captā
cerneret ciuitatē et flāmas
in sublime ferri: qui prius
simulauerāt fugā. versa fa
cie fortius resistebāt. Quod
cū vidissent filij beniamin
in fugā versi sūt. et ad viā
deserti ire ceperūt: illuc quoq;
eos aduersarijs psequētibus.
Sed et hij qui urbē succen
derāt: occurrerūt eis. Atq; ita
factū est ut ex utraq; parte
ab hostibz cederētur: nec erāt
ulla morientiū requies. Ceci
derūt atq; pstrati sūt ad o
rientalē plagā urbis gabaa.
Fuerūt aūt qui in eodē loco
interfecti sūt decem et octo
milia viroꝝ: omēs robus
tissimi pugnatores. Quod
cū vidissent qui remāserāt
de beniamin fugerūt in so
litudinē: et pgebāt ad pe
trā cuius vocabulū ē rem
mon. In illa quoq; fuga
latentes et in diuersa tendē
tes: occiderūt quinq; milia
viros. Et cū ultra tenderēt pse
cuti sunt eos: et interfecerunt
etiā alia duo milia. Et sic fac
tū est: ut omēs qui ceciderant
de beniamin in diuersis locis.
essent viginti quinq; milia pug
natores ad bellandū promp
tissimi. Remanserūt itaq; de
omni numero beniamin qui
euadere potuerūt et fugere in
solitudinē sescenti viri: sederūt
q; in petra remmon mensibz
quattuor. Regressi aūt filij
israel: omēs reliquias ciuitatis
a viris usq; ad iumēta gla
dio percusserūt. Cūctasq; ur
bes et viculos beniamin
vorax flāma consumpsit.

Iurauerūt Capitul' xxi.
quoq; filij israel ~~in~~
in masphā: et dixerūt.
Nullus nostrū dabit filijs
beniamin de filiabz suis
uxorem. Veneruntq; omnes
ad domū dei in sylo: et i cō
spectu eius sedentes usq; ad
vesperā leuauerūt vocem.
et magno ululatu ceperūt
flere dicentes. Quare dn̄e

deus israel factū est hoc ma
lū in pplō tuo: ut hodie au
ferretur una tribꝫ ex nobis?
Altera autē die diluculo cō
surgētes extruxerūt altare:
et obtulerūt ibi holocausta.
et pacificas victimas. et dix
erūt. Quis nō ascendit in
exercitu dnī de uniūsis tribu
bus israel? Grandi enī se iu
ramēto cōstrinxerāt cū essent
in masphath: īterfici eos qui
defuissent. Ductiqꝫ pēitenti
a filii israel sup fratre suo
beniamin: ceperūt dicere.
Ablata est una tribꝫ de isrl.
Unde uxores accipiēt? Om
nes enī in cōmune iurau
imus: nō daturos nos hiis
filias nostras. Idcirco dix
erūt. Quis est de uniūsis
tribubꝫ israel. qui nō ascē
dit ad dnm in masphath?
Et ecce īventi sūt habita
tores iabis galaad ī illo
exercitu nō fuisse. Eo quoqꝫ
tēpore cū essent in sylo:
nullus ex eis ibi repertus ē.
Miserūt itaqꝫ decē milia
viros robustissimos: et pcepe
rūt eis. Ite et pcutite habita
tores iabis galaad in ore
gladii: tam uxores quā par
vulos eoꝝ. Et hoc erit qd
observare debeatis. Omne
generis masculini. et muli
eres que cognouerūt viros
interficite. virgines autem
reservate. Inventeqꝫ sunt
de iabis galaad quadrin
gente virgines que nescie
runt viri thorū: et adduxe
rūt eas ad castra in sylo.
in terra chanaan. Miserūt
qꝫ nūcios ad filios benia
min. qui erant in petra rē
mon: et pceperūt eis ut eo
os in pace susciperēt. Ve
neruntqꝫ filii beniamin in
illo tēpore: et date sūt eis
uxores de filiabꝫ iabis ga
laad. Alias autē non repe
rerūt: quas simili modo
traderēt. Universus qꝫ israel
valde doluit: et egit penitu
dinē super interfectionem
unius tribꝫ ex israel. Dixe
runtqꝫ maiores natu. Quid

faciemus reliquis qui non acceperunt uxores? Omnes in beniamin femine conciderunt: et magna nobis cura ingentique studio prouidendum est: ne una tribus deleatur ex israel. Filias nostras eis dare non possumus. constricti iuramento et maledictione qua diximus: maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem beniamin. Ceperuntque consilium atque dixerunt. Ecce solempnitas domini est in sylo anniuersaria que sita est ad septentrionem urbis bethel. et ad orientalem plagam vie que de bethel tendit ad sychimam. et ad meridiem opidi lebona. Preceperuntque filiis beniamin: atque dixerunt. Ite et latitate in vineis. Cumque videritis filias sylo ad ducendos choros ex more procedere: exite repente de vineis et rapite eas. singuli uxores singulas: et pergite in terram beniamin. Cumque venerint patres earum ac fratres. et aduersum vos queri ceperint atque iurgari: dicemus eis. Miseremini eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum: sed rogantibus ut acciperent et non dedistis: et a vestra parte peccatum est. Feceruntque filii beniamin ut sibi fuerat imperatum: et iuxta numerum suum rapuerunt sibi de hiis que ducebant choros. uxores singulas. Abieruntque in possessionem suam: edificantes urbes et habitantes in eis. Filii quoque israel reuersi sunt per tribus et familias. in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in israel: sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat....

Explicit liber sopthim id est iudicum. Incipit liber ruth. Capitulum primum.

In diebus unius iudicis quando iudices preerant: facta est fames in terra. Abiitque homo de bethleem iuda. ut peregrinaretur in regione moabitide cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur elymelech. et uxor eius noemi: et duo filii alter maalon et alter chelyon ephrathei de bethleem iuda. Ingressique regionem moabitidem: morabantur ibi. Et mortuus est elymelech maritus noemi: remansitque ipsa cum filiis. Qui acceperunt uxores moabitidas: quarum una vocabatur orpha. alteraque ruth. Manseruntque ibi decem annis: et ambo mortui sunt. maalon videlicet et chelyon. Remansitque mulier orbata duobus liberis: ac marito. Et surrexit ut in patriam pergeret cum utraque nuru sua: de regione moabitide. Audierat enim quod respexisset dominus populum suum: et dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis sue cum utraque nuru. Et iam in via posita revertendi in terram iuda: dixit ad eas. Ite in domum matris vestre. Faciat dominus vobiscum misericordiam: sicut fecistis cum mortuis et mecum. Det vobis invenire requiem in domibus virorum quos sortiture estis. Et osculata est eas. Que elevata voce flere ceperunt et dicere. Tecum pergimus ad populum tuum. Quibus illa respondit: Revertimini filie mi. Cur venitis mecum? Num ultra habeo filios in utero meo: ut viros ex me sperare possitis? Revertimini filie moabite: et abite. Iam enim senectute confecta sum: nec apta vinculo coniugali. Etiam si possem hac nocte concipere et parere filios: si eos expectare velitis donec crescant et annos impleant pubertatis: ante eritis vetule quam nubatis. Nolite queso filie mi: quia vestra

angustia me magis premit.
et egressa est manus dñi cõtra
me. Elevata igitur voce: rur
sum flere ceperunt. Orpha os
culata est socrũ ac reversa ẽ:
ruth autẽ adhesit socrui sue.
Cui dixit noemi. En reversa
est cognata tua ad populũ
suũ. et ad deos suos: vade cũ
ea. Que respondit. Ne adu
ceris michi: ut relinquã te et
abeam. Quocũqȝ perrexeris p
gam: et ubi morata fueris et
ego pariter morabor. Popl's
tuus ppl's meus: et deus tu's
deus meus. Que te morientẽ
terra susceperit. in ea moriar:
ibiqȝ locũ accipiã sepulture.
Hec michi faciat deus et hec
addat: si nõ sola mors me
et te separaverit. Videns er
go noemi qđ obstinato ruth
animo decrevisset secũ pgere:
adversari noluit. nec ultra
ad suos reditũ psuadere. P
rexerũtqȝ simul: et venerũt
in bethleem. Quibȝ urbem
ingressis: velox apud cũctos
fama percrebuit. Dicebãtqȝ
mulieres. Hec est illa noemi.
Quibȝ ait. Ne vocetis me
noemi id est pulchrã: sed vo
cate me mara hoc est ama
rã: quia valde me amaritu
dine replevit omnipotens.
Egressa sum plena: et vacu
am reduxit me dñs. Cur igi
tur vocatis me noemi. quã
humiliavit dñs: et afflixit om
potens. Venit ergo noemi cũ
ruth moabitide nuru sua de
terra peregrinationis sue ac
reversa ẽ in bethleem quando
primũ ordea metebantur.

Erat Capitulũ ij.
autẽ viro elymelech
cõsanguineus ho
mo potens. et magnarũ opũ:
nomine booz. Dixitqȝ ruth
moabitis ad socrũ suã. Si
iubes vadã in agrũ. et colli
gam spicas que metentium
fugerint manus: ubicumqȝ
clementis in me patrisfami
lias repperero gratiã. Cui il
la respondit. Vade filia mi.
Abijt itaqȝ: et colligebat spi
cas post terga metentiũ. Ac

adit aũt ut ager ille habe
ret dñm nõie booz. q̃ erat de
cognatione elymelech: et ec
ce ipse veniebat de bethleem.
Dixitq; messorib;. Dñs vo
biscũ. Qui rñderũt ei. Bndi
cat tibi dñs. Dixitq; booz
iuueni qui messorib; p̄erat.
Cuius est hec puella? Qui
rñdit. Hec est moabitis q̃
venit cũ noemi de regione
moabitide: et rogauit ut
spicas colligeret remanẽtes.
sequẽs messor vestigia: et
de mane usq; nũc stat ĩ agro:
et ne ad momentũ quidẽ do
mũ reũsa est. Et ait booz ad
ruth. Audi filia. Ne vadas
ad colligendũ in alterum
agrũ. nec recedas ab hoc lo
co: sed iũgere puellis meis:
et ubi messuerĩt sequere. Mã
daui enĩ pueris meis: ut ne
mo tibi molestus sit. Sed
etiã si sitieris. vade ad sarci
nulas: et bibe aquas. de qui
b; et pueri mei bibũt. Que ca
dens in faciẽ suã. et adorans
sup terrã: dixit ad eũ. Vnde

michi hoc ut inuenirẽ gratiã
ante oculos tuos: et nosse
me dignareris pegrinã mu
lierem? Cui ille rñdit. Nũcia
ta michi sũt omĩa que feceris
socrui tue post mortẽ viri tui:
et q reliqueris parẽtes tuos.
et terrã in qua nata es: et ve
neris ad pplm quẽ antea nesci
ebas. Reddat tibi dñs pro o
pere tuo: et plenã mercedem
recipies a dño deo isrl ad quẽ
venisti: et sub cuius cõfugisti a
las. Que ait. Inueni gratiã
apud oculos tuos dñe mi. q
cõsolatus es me. et locutus es
ad cor ancille tue: que nõ sũ
similis vnius puellarũ tua
rũ. Dixitq; ad eã booz. Quan
do hora vescendi fuerit veni
huc et cõede panẽ: et intingue
buccellã tuã in aceto. Sedit
itaq; ad messor latus: et cõ
gessit polentã sibi. Comedit
q; et saturata est: et tulit reli
quias. Atq; inde surrexit: ut
spicas ex more colligeret. Pre
cepit aũt booz pueris suis
dicens. Etiã si vobiscũ metẽ

voluerit. ne prohibeatis eam:
et de vestris quoque manipulis
proicite de industria et rema-
nere permittite. ut absque rubore
colligat: et colligentem nemo
corripiat. Collegit ergo in agro
usque ad vesperam: et que collegerat
virga cedens et excutiens.
invenit ordei quasi ephi men-
suram. id est tres modios. Quos
portans reversa est in civitatem: et
ostendit socrui sue. Insuper
protulit et dedit ei de reliquiis
cibi sui: quo saturata fuerat.
Dixitque ei socrus. Ubi hodie
collegisti: et ubi fecisti opus?
Sit benedictus qui misertus est
tui. Indicavitque ei apud quem
esset operata: et nomen dixit
viri quod booz vocaretur. Cui respondit
noemi. Benedictus sit a domino:
quoniam eandem gratiam quam prebu-
erat vivis servavit et mor-
tuis. Rursumque. Propinquus
ait noster est homo. Et ruth.
Hoc quoque inquit precepit mi-
chi: ut tamdiu messoribus
eius iungerer. donec omnes sege-
tes meterentur. Cui dixit socrus

Melius est filia mi ut cum
puellis eius exeas ad meten-
dum: ne in alieno agro quispiam
resistat tibi. Iuncta est itaque
puellis booz: et tamdiu cum
eis messuit. donec ordea et
triticum in horreis conderentur.

Postquam Capitulum iii.
autem reversa est ad
socrum suam: audivit
ab ea. Filia mi queram tibi re-
quiem: et providebo ut bene sit
tibi. Booz iste cuius puellis
in agro iuncta es. propinquus est
noster: et in hac nocte aream
ordei ventilat. Lava igitur
et ungere. et induere cultiori-
bus vestimentis: ac descende in
aream. Non te videat homo:
donec esum potumque finierit.
Quando autem ierit ad dor-
miendum: nota locum in quo
dormiat. Veniesque et disco-
operies pallium quo operitur
a parte pedum: et proicies te et
ibi iacebis. Ipse autem dicet ti-
bi: quid agere debeas. Que
respondit. Quicquid preceperis
faciam. Descenditque in aream:

et fecit omnia que sibi ĩpera
uerat socrus. Cũq3 cõedisset
booz et bibisset. et factus es
set hylarior. issetq3 ad dormi
endũ iuxta aceruũ manipu
lor: uenit absc̃odite. et disco
operto a pedib3 eius pallio. se
proiecit. Et ecce nocte iã me
dia expauit homo et cõtur
batus est: viditq3 mulierẽ
iacentẽ ad pedes suos. et ait
illi. Que es? Illaq3 respõdit.
Ego sum ruth ancilla tua.
Expande palliũ tuũ sup fa
mulã tuã: quia ꝓpĩquus es.
Et ille. Bñdicta inq̃t es a do
mino filia: et priorẽ misericor
diã posteriori supasti: q̃a non
es secuta iuuenes. siue pauper
siue diuites. Noli ergo metu
ere: sed quicq̃d dixeris michi
faciã tibi. Scit enĩ om̃is po
pulus qui habitat intra por
tas urbis mee. mulierẽ te esse
uirtutis. Nec abnuo me ꝓpĩ
quũ esse: sed est alius me ꝓpin
quior. Quiesce hac nocte: et
facto mane si te uoluerit ꝓpin
q̃tatis iure retinere: bene res
acta est. Si autẽ ille noluerit:
ego te absq3 ulla dubitatione
suscipiã. viuit dñs. Dormi
usq3 mane. Dormiuit itaq3
ad pedes eius usq3 ad noctis
abscessũ. Surrexit itaq3 ãteq̃
hom̃ies se cognoscerẽt mutu
o. Et dixit booz. Caue ne q̃s
nouerit. q huc ueneris. Et
rursũ. Expande inq̃t pallio
lũ tuũ quo operiris: et tene
utraq3 manu. Qua extendẽ
te et tenente: mensus est sex
modios ordei. et posuit sup
eã. Q̃ portãs ingressa ẽ ciuitatẽ:
et uẽit ad socrũ suã. Q̃ dixit ei.
Quid egisti filia? Narra
uitq3 ei om̃ia que sibi fecis
set homo: et ait. Ecce sex mo
dios ordei dedit michi: et ait.
Nolo uacuã te reuerti ad so
crũ tuã. Dixitq3 noemi. Ex
pecta filia: donec uideamus
quẽ res exitũ habeat. Neq3 e
nĩ cessabit homo: nisi cõple
uerit quod locutus est. Cap iiij.
Ascendit ergo
booz ad portã: et
sedit ibi. Cũq3 ui

dissetˀ ꝓpinquũ preterire. de
quo prius sermo habitus ē:
dixit ad eũ. Declina paulisꝑ
et sede hic: vocãs eũ nomĩe
suo. Qui diuṫit et sedit. Tol
lens autẽ booz decẽ viros de se
nioribꝫ ciuitatis: dixit ad e
os. Sedete hic. Q̃bus residẽtibꝫ:
locutus est ad ꝓpinquũ. Par
tem agri fratris nr̃i elymelech
vendidit noemi: que reu̾sa
est de regione moabitide. Q̊d
audire te volui: et tibi dicẽ
corã cũctis sedentibꝫ. et maio
ribꝫ natu de ꝑplo meo. Si vis
possidere agrũ iure ꝓpinq̊ta
tis: eme et posside. Sin autẽ
tibi displicet hoc ipm̃ indica
michi: ut sciam quid facere
debeam. Nullus est enĩ ꝓpi
quus excepto te qui prior es:
et me qui secũdus sum. At
ille respondit. Ego agrum
emam. Cui dixit booz. Q̃n
do emeris agrũ de manu mu
lieris. ruth quoqꝫ moabitidẽ
que uxor defuncti fuit debes
accipe: ut suscites nomẽ pro
pinqui tui ĩ hereditate sua.

Qui rndit. Cedo iure ꝓpĩq̊ta
tis. Neqꝫ enĩ posteritatẽ fami
lie mee delere debeo. Tu meo
utere priuilegio: quo me li
benter carere ꝓfiteor. Hic autẽ
erat mos antiquitus in isrl̃
ĩter ꝓpĩquos: et si q̃ndo alter
alteri suo iure cedebat. ut es
set firma cõcessio: soluebat
homo calciamentũ suũ. et
dabat ꝓxĩo suo. Hoc erat tes
timoniũ cessionis in israel.
Dixit ergo ꝓpinquo suo booz.
Tolle calciamentũ tuũ. Q̊d
statim soluit de pede suo. At
ille maioribꝫ natu et vniu̾so
ꝑplo. Testes ĩquit vos estis ho
die q̃ possederim omĩa que
fuerũt elymelech et chelyon
et maalon. tradente noemi.
et ruth moabitidem uxorem
maalon in cõiugiũ sũpserĩ:
ut suscitem nomen defuncti
in hereditate sua: ne vocabu
lũ eius de familia sua ac fra
tribꝫ et ꝑplo deleat̃. Vos igĩ
huius rei testes estis. Respõ
dit omĩs ꝑplus qui erat in
porta: et maiores natu.

Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mulierē que ī-
greditur domū tuā. sicut rachel et lyam. que edificauerūt domū israel: ut sit exemplū virtutis in ephrata. et habeat celebre nomē ī bethleem. Fiatque domus tua sicut domus phares quē thamar pepit iude: de semine quod dederit dominus tibi ex hac puella. Tulit itaque booz ruth: et accepit uxorē. Ingressusque est ad eam: et dedit illi dn̄s ut conciperet et pareret filiū. Dixeruntque mulieres ad noemi. Bndictus dn̄s q̄ non est passus ut deficeret successor familie tue: et vocaretur nomē eius in israel: et habeas qui cōsoletur animā tuā. et enutriat senectutem. De nuru enī tua natus est qui te diliget: et multo tibi est melior q̄m si septē haberes filios. Susceptū que noemi puerū posuit in sinu suo: et nutricis ac gerule officio fungebatur. Vicine aūt mulieres cōgratulātes ei et dicētes. natus est filius noemi: vocauerūt nomē eius obed. Hic est pater ysai. patris dauid. Hee sunt generationes phares. Phares genuit esrom. Esrom genuit arā. Aram genuit aminadab. Aminadab genuit naason. Naason genuit salmon. Salmon genuit booz. Booz genuit obed. Obed genuit ysai. Ysai genuit dauid.

Explicit liber ruth.

